maioris est stupefactionis. Et in antiquo fere nulla stupefactio qō est medium. ¶Et ex doloribus quidem qui sunt multe fortitudinis t sunt ad medicandum facles in quibusdam horis sicut dolores ventosi: quoniam quandoq; sedantur t sufficit vt super eos aqua calida euacuetur. Verumtamen in hoc timor existit: vnde ab eo tibi cauere debes: quoniam plerumq; causa erit apostemat existimabitur q; sit ventositas. Et si forte factum fuerit ei emb:oca ex aqua calida t precipue in sui principio ei affert magnum malum. Et preter hoc quandoq; impeduncptum ventose efficit cum ventositatez resoluere nō poterit: tm quātitatē ipsi' spacij augmētū faciet. ¶Et vaporationes etiā sunt ex medicatiōib' vētositatū. Et ex eis q̄dē melior est cū qua est id quod exiccat sicut milium: nisi in mēbro fuerit quod illud tolerare nonvalet sicut oculus. Fiat ergo tūc vaporatio cum pānis. Ex vaporationib' ēt sunt que cū oleo calefacto fiūt. Et ex vaporationib' quidē fortib' est vt ordeorum farina cum aceto coquat t postea siccet: t fiat ex eo vaporatio. Et minor causa ea est fur fur coquat sicut hoc. Salis aūt vapor est pūgitiu'. Sed milij est melior t debilior. Et plerūq; ēt sm vaporatio ex aqua in vase posita que est incolumis t leuis: sed operationē efficiet quā nominauimus si illud non fuerit obseruatum. Vētose ēt cū igne sunt istius modi t sunt fortes in sedando dolorē ventosum. Et si eas iterum adhibueris: dolor penit' destruet. Verūtñ plerūq; ex eis accidit illō q̄ puenit ex eo q̄ diximꝰ. Ex sedātib' ꝓterea dolorē est molliter longo tēpore incedere ꝓpter illud q̄ in ipso existit ex virtute faciendi sicca. Et similiter adipes subtiles noti: t olea que nominauimus: t dulcas cantilena: t precipue cum ex ea prouocatur somnus. Et occupari in eo quod gaudium efficit: doloris vehementiam sedat.

¶In quo precipitur a quibus curationibus incipiamus. Ca. 31.

QUm multe cōiūgunt egritudines ab ea incipere debem' in q̄ vna barū triū ꝓprietas existit. ¶Una earū est q̄ alia sanari nō potest anteq̄ ipsa sanet: sicut apostema: t vlcus cū cōiūgunt. Medicamur ergo apostema donec cōplexiōis malitia q̄ cū eo vent: remouetur abiq; cui' sanatiōe vlc' sanari nō pōt: postea medicamur vlcus. ¶Et ideo earū est cū vna egritudo causa fuerit alterius: sicut cū accidit opilatio febris. Medicamur ergo opilationē ꝓus: deinde febrez. Et si nobis necessariū fuerit oppilationē aperire cuz eo in q̄ aliqua existit caliditas nō curabim' ō febre. Et medicamur q̄dē pulmonis apostema cum desiccatiuis: non curabimus de febre quoniam impossibile est vt febris remoueat causa ipsius remanente. Et cause quidem eius sanatio est exiccatio que febri nocumentum facit.

¶Tertia vero cum fuerit vna earum de qua maior sollicitudo sit habenda sicut si coniungatur sinochus t paralysis. Medicamur enim sinochum extinguēdo: t flobotomādo: t de paralysi non curabimus. ¶Cū aūt egritudo et accidens q̄iungunt: a sanatione egritudinis incipiemus. Et si accidēs superauerit: tūc accidentis curā habebimus t egritudinē nō q̄sideraby': sicut in colica dam' stupefacientia: ꝓpterea vt doloris fortitudo remoueat: licz ipsi colice impedimētū faciat. Et cū hoc q̄nq; tardam' qō facere debebamus ꝓpter stomachi debilitatē: aut ꝓpter vētris fluxū qui p̄cessit: aut ꝓpter presentem nauseā. Et q̄nq; non tardam' iz operamur: et tm nō totā remouem' cām: sicut in egritudine spasmi: nō effi totū expellim' humorē: imo ex eo aliquid dimittimus vt ipsum spasmosus remoueat motus ne humor resoluat naturalem.

¶Operationis sigillatio et gratiarum actio.

SIt qualitas huius nostri sermonis compendiosi de principijs vniuersalibus doctrine medicinalis sufficiēs. ¶Deinceps autem laboremus vt de simplicibus medicinis libū componamus si deus voluerit. Et ipse quidem nos iuuabit: cui sint grates ꝑm sui innumerabiles misericordias. ¶Finis.

¶Expletus est liber primus canonis: quem princeps Aboali Abinsceni de Medicina edidit.

¶Liber canonis Quartus incipit de egritudinibus particularibus que cū accidūt nō apprōpriantur vni membro: continēs septem Fen: de quib' hic ponūtur prima: tertia: quarta: et quinta fen quarti.

¶Fen pria est de febrib': tcōtinet quatuor tractat'.
¶Tractatus primus de febre ephimera.
¶De diffinitiōe febris t generib' febris. Cap. primū.

FEbris est calor extrane' accēsus in corde: t procedens ab eo mediātibus spiritu t sanguine p arterias t venas in totū corpus: et inflāmatur in eo inflāmatione q̄ nocet operationibus naturalibus: nō sicut caliditas ire et laboris cum non vltimatur: et impedit operationem ita vt retineatur. ¶Et sunt quidam hominum qui diuidunt febres in duas diuisiones primas. s. in febrem egritudinem. et in febrem accīs. Et ponunt febres apostematum de genere februs accidentis.

¶ Et intentio ḋē sermonis eorū est ꝙ febris egritudinalis est illa inter quā et cām que nō est egritudo nō est mediū: sicut febris putredinis. Putredo essi est cā ei⁹ absq; medio et nō est putredo in se ipsa egritudo: imo est cā egritudinis. Febris vero apostematis est accidens apostemati exister nū est apostema sequēs ipm: t apostema est egritudo in seipso. ¶ Et cōtradicēti ḋē inest vt dicat. Ossi ꝓpterea ꝙ febris apostematis sequit caliditatē eius t sequit ex dolore ipsi⁹ est sisse vt sit febris accidēs: tūc opz vt sit plurimū febriū ephimerarū accidēs. Et si ipsa seqtur putredinē ḋ est in apostemate: tūc apostema nō ē cū ipo. Cā igit ei⁹ ḋ est essentialis est putredo; t apostema nō est cā ei⁹ nisi p accidēs. Et dicem⁹ ꝙ nō significauerūt p febrē accidēs hoc: imo nō intellexerūt p eaz nisi ꝙ ipsa sequit apostema hoc: t mueniūt cā p inuētionē apostematis. Sisr ergo est dispositio febriū putredinis p cōparationē ad putredinē. Verū occupatio in huiusmodi ꝺictionib⁹ est illud qō nō cōfert in scia medicine aliq̄d t facit medicū ꝓcedere ex arte sua ad inq̄sitiōes: q̄ fortasse impediūt ipm ab arte sua. Procedam⁹ ergo ꝑm id qō ꝛsuetū est ¶ Dicamus ergo ꝙ ꝓpterea febres apostematum t oppilationum sunt febres accidētes: t alie febres sunt egritudines: tunc cōueniēs est vt dicam⁹. Ossi ꝓpterea ꝙ oia q̄ sunt in corpe bois sunt tria genera scz. Mēbra cōtinētia illud qō est in eis de hūiditatib⁹ t spiritibus: quoꝝ cōpatio est cōpatio parietū balnei. Et humiditas recōdita: et eius cōpatio est cōpatio aq̄ balnei. Et spirit⁹ alis vitalis t naturalis t vapores effusi: t cōpatio eoz est cōparatio aeris balnei. Et aer balnei quando infrigidatur illō quod est vicinū ei non oportet vt ipse extinguat: imo possibile est vt remaneat et redeat: et calefaciat illō quod ei vicinū est. Sisr est vnū istoꝝ trium generꝫ extra qō non inuenitur in boie genus corporeū. ¶ Mā si accēditur febris in mēbris radicalib⁹ accēsione prima sicut accēdit adustio. verbi gratia vt i parietib⁹ balnei: aut ꝙ sollem ferrarij: aut ꝙ ollam coci tunc illō genus febrium nominatur febris ethica. ¶ Et si accēditur febris accensione prima in hūoribus: deinde accendatur ex eis in membris sicut accidit vt effundatur aqua calida in balneo et ignientur latera eius causa eius: aut ius calidum in ollavt accendatur olla causa eius: tunc illō genus febriuz noiatur febris humoris Et si accēdatur febris accēsione sua prima in spiritib⁹ et vaporib⁹: deinde accēdatur ex eis i membris et humoribus sicut accidit vt ꝙueniat ad balneum aer ignis qui accēdatur in eo: t calefaciat aerē ei⁹ t ꝙueniat ad aquā t parietes: tūc gen⁹ illō febris noiatur febris ephimera: qssi est accēsa in re subtili que resoluit cū velocitate. Et raro ptransit diē cū nocte sua nisi cōuertat ad gen⁹ illō febrium.

¶ Hec ḟ diuisio febriū est ꝙ modū ꝓpiquū diuisiōi euenieti ꝙ differētias. ¶ Et diuidūt febres alio mō. Dicit essi ꝙ de febrib⁹ sūt febres acute. Et de eis sunt nō acute. Et de eis sūt chronice. Et ō eis sunt

nō chronice. Et ō eis sūt nocturne. Et ō eis sūt diurne. Et de eis sūt salubres recte. Et de eis sunt babētes accidētia horribilia. Et de eis sunt dimittentes. Et de eis sunt inseparabiles. Et de eis inseparabilibus sunt q̄dā quib⁹ sunt remissiones. Et de eis sunt quib⁹ sunt intensiones Et de eis sunt quib⁹ sunt exfortiatiōes. Et de eis sunt sisles. Et de eis sunt frigide hītes rigoꝛ aut horripilationē. Et de eis sunt calide. Et de eis sunt simplices. Et de eis sūt ꝛpposite.

¶ De preparatis ad febres. Cap. 2.

Ojrerūt ḋā ꝙ corpora vehemētius ꝑparata ad febres sunt corpa calida t humida t ꝓprie cū humiditas est fortior caliditate. Et isti quidē sunt fetidi sudoris t vine t egestiōis. Et corpora calida t sicca iterū sunt ꝑparata ad febres calidas. Et incipiunt prius ephimere: deinde festināt ad putredinē t adustionē. ¶ Et q̄nq; faciūt cadere in ethicā. ¶ Et sequūtur ea ābo que equātur in humiditate t siccitate t dominat caliditas. ¶ Et ista sunt de genere eoꝝ in q̄b⁹ incipit febris vaporis calidi: deide ꝓmutat ad febrē humor. ¶ Postea illa in quib⁹ equank calor t frig⁹ t multiplicatur humiditas. Et istis ḋē febres putredinis accidūt ꝑm pluriū incipiētes. ¶ Et corpa frigida t hūida: t frigida t sicca sunt lōginquiora corpa a febribus t ꝓprie ab ephimera.

¶ De horis febrium. Cap. 3.

Hebrium hore sunt sicut reliquarū egritudinum principium t augmentuz: t status apud vltimum: t declinatio. Et sunt quandoq; particulares cause cuiusq; paroxismi. ¶ Et timor est a principio vsq; ad statum. Apud declinationem vero non moritur eger ex ipsa febre: nisi per id qō dicemus de causa cōmuniter. ¶ Et principium quidem est hora qua calor naturalis prefocatur a materia submersa in membro tandiu donec nō appareat maturationi aut diuersitati eius contrarie maturationi vestigium. Et principium quidem est inuentum in omni egritudine. Verū quandoq; occultatur: sicut est eius occultatio in sinocho t epilepsia t apoplexia Et quādoq; principium est occultum paucozum accidētiū t existimatur ꝙ non sit principiū in ea. Et similiter quādoq; in die primo febrium acutaꝝ videntur nubes t signū maturitatis: t existimat ꝙ nō sit ei principiū: nō est ita. ¶ Et augmētū quidē est hora in qua cōmouetur caliditas innata ad resistendū materiei motu mansesto t apparet signa digestiōis: aut signa cōtraria digestioni. ¶ Et status est hora in qua vehemens est pugna inter naturā t materiā t apparet victoria vnius ambarum earum ꝑsuper aliam t est hora pugne. Et eius spatium est in habentibus paroxismos acutos paroxismus vnus. Et non cognoscitur nisi per illū qui sequitur ipsuz aut duo paroxismi. Et cognoscitur in tertio ei⁹ ideo ꝙ nō addit super illos ambos in pluribus: nisi egritudinibus macronozijs. Fortasse essi assimilātur paroxismi plures in omnib⁹ iudicijs suis. Et

illic apud statum cōpletur vestigiū digestionis: aut contrariū eius.
¶ Et declinatio quidē est hora in qua calor innatus iam dominatur materiei: vincit eaz: et existit in cōgregatiōis eius separatione
f. rei post rem: et tunc alleuiatur caliditas caloris occulti: et expellit ad extremitates donec resoluitur multotiēs ingrossatur. ¶ Et status quidē diuersificat in egritudinib⁹. Egritudinū enim valde acutaz cōginquior status est vsq; ad quattuor dies. Et febres ephimere sunt de hac summa: verūtamē ipse non numerant acute: qñ nō sufficit in acuitate egritudinis vt sit status eius proximus: imo sit de egritudinib⁹ hīs tibus timorē. Et sequūtur eas febres acute absolute nō valde: et sunt ille quaz status peruenit vsq; ad. 14. dies qō est supra id. ¶ Et cognitio quidem egritudinū acutaz in ordinibus suis et chronicarū est iuuatiua in regimine cibi egri fm q; dicimus in sequentib⁹. ¶ Et plures quidem febriū complent principiū et augmentū et statū in paroxismo vno: et faciūt paroxismū aliū declinando. ¶ Et febres quidē diuersificant in his tēporibus. Et de eis quidē sunt quaz augmētū prolongatur. Et de eis sunt quarum declinatio prolongatur.

¶ De cognitione horaz vniuersalium egritudinis et propie status. Cap. 4.

Cognitio horaz egritudinis vniuersaliū qñq; ē ex specie egritudinis. Mā spasm⁹ siccus: et epilepsia et apoplexia et squinantia sunt ex acutis valde et tertiana pura et causon de acutis nō valde. Et quartana et paralysis de macronorijs. Et qñq; ex motu egritudinis. Nam si paroxismi sunt breues significāt q; status est propinquus: sicut tertiana pura. Temp⁹ essi paroxismoz eius est ex tribus horis vsq; ad. 14. horas. Et si sint prolixi significāt q; materia est grossa: et status longiquus sicut in tertiana nō pura. Et si fuerint illic paroxismi: imo materia eius fuerit acuta sicut sinochi tūc egritudo erit acuta. Et si fuerint signa eius signa materie frigide grosse: aut declinis ad grossitudinē: tūc egritudo erit nō eritacuta. Et si remāserit cū dispositiōe sua: tūc egritudo nō erit illius acuitatis. tē qñq; est ex virtute egri cui velociter aduenit debilitas: quare est egritudo acuta. Aut nō apparet illō: et est egritudo nō acuta.
¶ Et qñq; est ex etate et tpe. Nam in tpe calido et etate calida festinat status egritudinū. Et in temporib⁹ frigidis et etatib⁹ frigidis tardatur status egritudinū. ¶ Et similiter est dispositio regionū.
¶ Et ex pulsu. Nam si est velox frequēs magn⁹: tunc egritudo ē ad acuitatē declinis. Et si nō: tunc nō est acuta. ¶ Et ex rigore. Mā si ē plixi spacij: tūc egritudo est declinis ad plixitatē. Et si est breuis spacij: tūc egritudo ad acuitatē tēdit. Et quādo nullo modo est rigor: tunc abbreuiatur eius extēsio. ¶ Et cognoscuntur horę egritudims quādoq; ex parte horarū paroxismoz. Mā si fuerit ꝓcedētes fm antecessionem superfluentē ita vt nus antecedat superfluitatem alterius tendens ad additionem: tunc egritudo erit in augmento: qñ de egritudinibus sunt que currūt vsq; ad finem horaz suarum fm augmentum: et sunt quandoq; de genere tertiane: et de genere assidue. Si autem ste terit antecessio et steterint superfluitates: tunc sine dubio erit egritudo in statu. Et seruans horam vnaz est longi spacij. Et si postponunt tunc egritudo est in declinatione Et similiter cognoscitur dispositio horarum ex augmento accidētium febris et statione eorum et declinatione ipsoz. ¶ Et ex additiōe paroxismorum eius in longitudine et breuiatione ipsoruz: et fortasse diuersificantur nō assimilant. ¶ Et qñq; cognoscunt ex dispositione euacuationum. Nam cum accidit in paroxismo aliquo sudor aut ventris fluxus: et paroxismus secundus qui est post ipsum est in similitudine vehementie primi et fortitudie ei⁹ aut supra ipsam: tūc euacuatio eius est ꝓpter multitudinē: non ꝓpter fortitudinem: et egritudo iudicatur longa. ¶ Et quādoq; cognoscuntur ex pte digestionis et cōtrarij digestionis fm qō dixim⁹. Verbi gratia cū apparet sputū cū digestione aliqua: aut vrina in qua est nubes aliqua tunc est principium augmenti. Deinde quādoq; multiplicat illud: et apparet aut cōtrariū eius: tunc est status. Et iterū qñ apparet digestio aut cōtrarū ei⁹ velociter ex sputo aut nube: tūc scias q; status est ꝓpinquus. Et si tardat: tūc scias q; status est longinquus.
¶ Cognitio autē horarū particulariū sic accipitur. ¶ Nam hora principij paroxismi est hora i qua coartatur pulsus: et tu iā sciuisti intentionē eius. Et plumbeus fit color extremitatū et infrigidantur extrema et ꝓprie extremitas auris et nasi vsq; ad horā in qua sentit sparsio caliditatis. Et qñq; associātur principio alteratio coloris et pigritia et angustia et tarditas motuum et pfunditas somni et mollificatio palpebrarū. et grauitas sermonis et horripilatio inter spatulas et dorsum: et fortasse accidit in eo rigor fortis. Et tq fiq; accidit cursus saliue et saltus tēporū et tinnitus auriū et sternutatio: et cōmotio membroz corporis. Et vehementius quidē debilitatur virtus ꝓpter debilitatē q est in principio aut statu. ¶ Et hore augmēti medietas prima est hora in qua pulsus incipit apparere et magnificari et velox fieri: et spargit calor in toto corpore fm equalitatē. Et medietas ei⁹ altera est hora in q̄ non cessat hec caliditas sparsa cū eq̄litate augmētari. ¶ Et hora stat⁹ē hora iq̄ remanet caliditas sparsa cū eq̄litate et accidētia cū dispositiōe sua: et pulsꝰ fit maior q; vnq; et fit vehemētius velox et frequens. ¶ Et hora declinationis est hora in qua incipit diminutio: et incipit pulsus tēperari et equari. Deinde illa in qua incipit corpus sudare et perducit ad eradicationem.
¶ Et multotiens quidem accidit apud mortē dispositio q̄ est sicut declinatio: et est quasi eger euaserit: et non oportet vt tu ocuperis in hoc: immo cognoscas dispositionē pulsus et an magnificetur et fortis fiat. ¶ Et si tibi videtur: ponam tibi exemplum de tertiana.

Attende ergo q̄ cum tertiana in pluribus disposītionibus incipit horripilatio deiñ frig⁹ ⁊ rigor: postea sedat rigor ⁊ minorat frig⁹: ⁊incipit calefactio: postea eq̄tur calefactio: deiñ addit: postea stat: deiñ incipit minuiꝛ sq̄uequoeraditcef. ¶ Et scias q̄ egritudo q̄ñq̄ plōgat: ät pp̄ multitudinē materiei. Aut pp̄ grossitiē ei⁹. Aut pp̄ frigus ei⁹. Et q̄ñq̄ adiuuät ad illō tp̄s frigidū: ⁊regio frigida: ⁊ etas frigida: ⁊debilitas caloris innati: ⁊ soliditas corporis.

¶ De sermone vniuersali de febrib⁹ ephimeris. Ca. 5.

Cause oim speciē febris ephimere sunt cause p̄mitiue faciētes essentialiter: ⁊calefaciētes p̄ accidens: de summa occurrentiū ⁊assumptoꝝ. s. in cibo ⁊in potu. ⁊passionū corporearum ⁊ malarum: ⁊er doloribus ⁊apatibus apparētibus: ⁊sunt de eis ex opilationibus quarū cā non est p̄mitiua. Et nō pueniūt cause eaꝝ cū vehementia sua ad hoc vt pertrāseat illud qō inflāmat spiritū: nā si ptranseāt illud: faciūt eadē in ethica: aut in speciē febriū hūorum quā dicemus. Cause essi p̄mitiue plerūq̄ mouēt antecedētes Qō si mouerit eas ad putredinē: erūt febres putredinis. Et sunt quidā homes q̄ existimāt q̄ febris ephimera nō fit nisi ex labore spiritus ⁊corpis: ⁊illud est error. ¶ At iste quidē fe. ꝑm. plurimuꝝ recedunt in die vno: ⁊raro ptrāseunt tertiū diē. Mā si pertrāseant illaꝝ quātitatē: existimat de esse eaꝝ q̄ ipse permutātur. Et intētio quidem permutationis est q̄ retētio caliditatis ptransit spiritū: aut ad corp⁹ aut humorē. Ez sint de hominib⁹ q̄ dicāt q̄ ipsa q̄ñq̄ remanet ꝑ dieb⁹: ⁊cōsumit integra cōsumptione: cui nō esset similis si permutaretur ad genus aliud. ¶ Et hec quidē fe. est facilis curationis ⁊difficilis cognitionis: ⁊similiter p̄incipiū et bice. ¶ Et homines quidem velocius cadentes in feb. ephimeras: ⁊qui vehementius leduntur ab eis si errēt in eis: sunt illi in quibus calor ⁊ siccitas sunt magis vincētes: q̄ñ pueniūt velociter ad ethicā ⁊ tertianā Deinde illi in quibus calor est plus. Deinde illi in quibus est plus siccitas. Et cum illi q̄ habent complexionem siccam ⁊calidam accidit fames ⁊aduenīunt cum ea vigilia ⁊labor animalis ⁊labor corporeus festinat ad ipsum fe. ephimera cum horripilatione quadaꝝ Quod si non succurratur ⁊ cibetur statim festinabit ad ipsum fe. putredinis.

¶ De signis p̄priis febriū ephimerarum distinguētib⁹ eas ab alīs. Ca. 6.

De p̄prietatibus earū est q̄ ipse non fiunt a causis antecedentibus. Meq̄ incipiūt cū coartatione. Et est q̄ ipse nō incipiunt ꝑm plurimū cū rigore ⁊frigore ⁊tremitatum ⁊profundatione caliditatis ⁊declinatione ad pigritiā ⁊somnū ⁊submersionez pulsus ⁊subtilitatē eius ⁊diuersitatē eius ⁊p̄ualitatē ipsius. Immo fortasse accidit in p̄incipio earum similitudo frigoris ⁊horripilationis ⁊punctio cuius causa est vapor cibi mali ⁊ remouetur velociter. Et accidit sed raro rigor ꝓpter multitudinem vaporum ledentium lacertos ꝓpter punctionem suam superflua multitudine. Et est eius inflammatio non mordicatiua aspera: immo bona sicut caliditas corporis laborantis rebriī. ¶ Et cum est vrina in primo die digesta ⁊ pulsus bonus: tunc iudica q̄ est fe. ephimera. Et illud ideo q̄ñ vrina nō alteratur in ea in quātum ipsa est ephimera. Et est sedimen eius digestum non decliue ad colorem humoris. Et quādoq̄ nubes eius pendens. Et quādoq̄ est natās boni coloris. Et q̄ñq̄ accidit vt non equet color eius tñ eius substātia est equalis tñ alteratur color eius: nisi ꝓpter id quod associatur ei de causa alterationis vrine quāuis non sit illic fe. ephimera ex eo q̄ dicemus in tertiana ⁊similibus ei. ¶ Et pulsus est decliuis ad spissitudinē ⁊fortitudinē ⁊ magnitudinē: nisi in ea que est a passionibus debilitantibus: ⁊nisi fuerit in stomacho humor mordicatiuus aut frigidus aut causa alia de his que mutant pulsum p̄ter febrem. Et raro quidem diuersificatur. Si vero diuersificetur: erit ei ordo. Nam si diuersificetur illud tunc erit ꝓpter cansam aliaꝝ antecedentem febrē aut vicinātem ei: sicut est labor vehemens: aut mordicatio vehemens in similib⁹: ⁊similia his. Et quādoq̄ accidit vt indurēt pulsus ꝓpter frigus vehemēs ⁊inspissans ⁊infrigidās aut ꝓpter caliditatē solis vehementē exiccantē: aut ꝓpter vehementē laborē exiccantē: aut famē aut angustias aut vigilias: aut euacuationes. Et quādoq̄ festinat in eo dilatatio ⁊tardatur constrictio: ⁊nō festinat plus q̄ñ naturalis nisi raro tū velocitate pauca: q̄ñ necessitas euentationis in eo est vehementior q̄ñ necessitas educendi vaporem corruptū. vapor nāq̄ in eo non est corruptus cōparatione sui ad equalem: immo est bonus comparatiōe sui ad eū ¶ Et cum ambiguus fit tibi pulsus ⁊cōstrictio ipsius: tūc scias ex anhelitu. Et pulsus quidem redit post eradicationē eius ad cōsuetudinē eius naturalē in illo corpore: ⁊hoc est signum bonum. ¶ Et scias penitus q̄ quotiens vrina ⁊pulsus sunt boni significant q̄ fe. est ephi. Et quando non sunt boni non opꝛet nō sit ephi. Multotiens esti in ea est vrina tincta: ⁊est pulsus diuersus ⁊debilis ⁊ puus ¶ Et de illis que significāt q̄ ipsa est feb. ephimera: est vt sit p̄incipium eius facile ⁊leue: ⁊sit augmentū eius non addens supra duas horas: ⁊neq̄ associentur sibi accidētia vehementia: ⁊vt non accidant in ea accidentia p̄ava nō fit in ea ebulitio caloris vehemēs: ⁊minorentur cum ea dolores. Quod si cum ea dolor fuerit capitis aut dolor alius non sit figus inseparabilis post eradicationem ei⁹ et hec quidem significant q̄ ipsa est ephimera. ¶ Et plurimū quidem eradicationis eius fit per sudorem ⁊ humorositatem similem sudori naturali non humoroso. Et non sit vehemens superfluitas iterum in quantitate sua: immo appropinquat sudori naturali in quantitate sua sicut est proximus ei in qualitate sua. Si enim vi-

deris sudorem plurimum: tunc feb. erit nō ephimera. Et de eis de quibus feb. ephimera experitur: est vt ingrediatur balneū habens eam. Cuīq; moram fecerit euenire in quasi horripilationē non cō suetam scitur q; febris est febris putredinis & egrediatur habens eaz ex balneo illico ⁊si nihil alteratur a dispositione sua: tūc febris erit ephimera.

¶ Permutationis febris ephimere. Ca. 7.

DUm expedit vt febrem ephimerā patiens cibetur ⁊errat medicus super eam ⁊non cibet ipsum: permutatur fe. in corporibus cholericis ad ethicam incendentē ⁊ in corporibus carnosis ad synocham que est absq; putredine: ⁊fortasse permutatur ad illā que est cum putredine. ¶ Et similiter quando necessarium est adiutorium in aperendo poros ⁊rarificando corpus ⁊ non fit: fit inflammatio in humoribus retentis in corpore inflammatione eius qō calefacit cū fortitudine eius quod putrefacit.

¶ De signis pmutatiōis fe. ephimere ad febres alias. Ca. 8.

SIgnificatio illius est q; ipsa declinat absq; sudore: aut humorositate: aut cū sudore absq; mūdificatione p sudorē. Et ē declinatio longa difficilis ⁊ absq; mūdificatione pulsus. Immo remanet in pulsu aliquid ⁊ remanet dolor capitis si fuerit. Et hoc totū significat pmutationē ad febrē putrefactionis humoris aut ethicaz. ¶ Mā si cause fuerint vehementes: aut prolongef mora ei⁹: pmutabitur ad ethicā. Quod si ad ethicam permutef: videbis tactum arteriarū calidū valde: ⁊ videbis febrē similē vel fixā: ⁊ in omnibus mēbris additur calefactio super repletionē ⁊in tēpore acceptionis cibi; aut videbis pulsum seruare equalitatem cum duritie ⁊ parut ate. Et videbis signa reliqua que diximus de signis ethice. ¶ Et quando permutatur ad genus febrium quod nominatur synocha absq; putredine: videbis additionē ⁊repletionē caliditatis ⁊inflammationem faciei. ¶ Et quando permutatur ad fe. putredinis apparent horripilatio ⁊diuersitas pulsus ⁊paruitas ⁊coartatio: ⁊caliditas mordicatiua sicca ⁊vehementia accidentiuz. Inuitina autem fortasse remanet digestio ex substantia: ⁊in plurimis nō apparet in ea digestio.

¶ De curationib⁹ febris ephimere ſm modū vniuersalē. Ca. 9.

IN oibus speciebus febris ephimere oportet vt afferanf sup corpora patientiū eas ea que nutriant eos nutrimento bono cum velocitate digestionis quomā febriens est eger: eger est lesus. Aut quibusdā eorū cōcedit delitiari in eo: sicut patiēti ex labore et angustia ⁊fame: et illis in quorum corporibus colera plurima est. Et qui conqueritur se pati horripilationem in principio deglutiat cibum infusum in aqua aut vino: vt fit magis penetrās. Et isti quidem cibātur etiā in principio fe. ¶ Et q̄busdā phibef delitiari in ea: ⁊innuitur eis vt fiant subtiliatiua sicut in patiēte ex oppilatiōe

⁊ soliditate ⁊ ex apostemate. Et melius quidē est vt postponat cibatio vsq; ad declinationē nisi j illis quos excepim⁹. Et aqua frigida quidē oportet vt nō prohibeat in principio rei: qm virt⁹ est fortis: quare nō timef debilitas eius: ⁊ est melior cura infrigidādo. Uerū si fuerit illic debilitas in visceribus ⁊ fe. iam extendit aut fuerit vehemens: tūc melius est vt de ea nō multū sumat. Et concedit eis balneū cum eorum paroxismus consumit in febrib⁹ ephymeris ꝓpter accidentia de quib⁹ est humectatio ⁊ de quibus est sudatio⁹ rarificatio poroium: ⁊ de eis est infrigidatio in quieta dispositiōe. Et p hibef vbi timef casus putredinis. Et nō oportet vt euitet balneum nisi habēs eā ex oppilatione propterea q; balneum generat egritudinē putridā. Et similiter patiens eā ex satietate, nauseatiua: nisi in fine rei: ⁊ cū dilatanf pori ⁊ descendit nauseatiua satietas. Illic essi oportet vt balneet. Et habēs catarrum non balneef nisi sit adustiuus. Et oēs habentes fe. ephimeras oportet vt non prolongent moram in aere balnei: imo in aqua eius quātum volunt: nisi habētes eam ex soliditate ⁊ ex spissitudine: eis essi cōuenit vt plongent morā in aere balnei donec sudent. Embrocatio aūt si fuerit infundendo aut liniēdo tantum oppilat poros. Et in curatione oīs febephimere que est ab opilatione extrinseca aut intrinseca fricatio aperit poros hūtis eā: deinde si obuiat humiditati plurime resoluit eā ⁊ si obuiat humiditati parue exiccat eā. Euacuatiōe aūt nō indiget aliquis eoz: nisi habens opilationē repletionalē: ⁊ habēs nauseatiuam satietatē: ⁊ qui habet febrem ephimeram ex soliditate cuius corporis est repletum.

¶ De speciebus febris ephimere. Cap. 10.

DE febrib⁹ ephimeris sunt que oīno cōparanf ad dispositiones animales. Et ō eis sunt q̄ cōparanf ad dispositiōes corporeas. Et de eis sunt q̄ ꝓportionanf ad res q̄ eueniūt de foris. ¶ Et de cōparatis ad dispositiōes aiales est illa q̄ fit ex angustia. Et illa q̄ fit ex tristicia. Et illa que fit ex existimatione ⁊ cogitatione ira ⁊ vigilijs ⁊ somno ⁊ tranquillitate ⁊ timore ⁊ gaudio. ¶ Et de ꝓportionatis ad dispositiones corporeas sunt ille q̄ cōparanf ad res q̄ sunt actiōes ⁊ mot⁹: ⁊ de eis sunt q̄ cōparātur ad nō actiōes ⁊ motus: ⁊ ad cōtraria eorū. ¶ Et cōparata ad res q̄ sunt motus est q̄ fit ex labore: ⁊ illa q̄ ex trāquillitate: ⁊ illa q̄ fit ex euacuatione. Et de eis est febris ephimera q̄ est cū sincopi. ¶ Et de eis est illa q̄ fit ex fame ⁊ de eis est illa q̄ fit ex sti. ¶ Et de cōparatis ad ea que nō sunt actiones est illa q̄ fit ex opilatione: ⁊ de eis est illa que fit ex nauseatiua satietate. Et de eis est illa q̄ fit ex apostemate. Et de eis est illa que fit ex soliditate. ¶ Cōparate aūt ad res que accidūt de foris sunt sicut illa q̄ sunt ex adustiōe quecūq; adustio fuerit. Et sicut q̄ fit ex frigore ⁊ soliditate ⁊ ex ablutione. Dicā itaq; vnāquamq; earum cum curatione sua.

¶De febre ephimera ex angustiar ſ gnis eius. Capitulū.11.

QUādoq; accidit ex motu ſpūs ad interiorar occultatioe eſ' in eis ꝓpter ſuperfluitatē angustie febris ſpiritualis. ¶Cu lus ſigna ſunt igneitas vrine: r acuitas eius: ita vt bīs eā ſentiat acuitatē ipſi' ꝓpter dñiuz ſiccitatis in ea. Et eſt mot' oculi ad clau ſionē declinis: r eſt oculus ſubmerſus ꝓpter reſolutionē cū quiete r ſubcluſione. Et facies eſt tendēs ad citrinitatē ꝓpter profundita tē claritatis. Et pulſus eſt ad debilitatē r paruitatē declinis r for te declinat ad duritiem.

¶De cura. Capitulū.12.

OPyvt habēs eā multiplicet introitū tine: r ponat plurimū ſue intētiōis in balneatiōe cū aqua balnei abſq; aere ei'. Et mul tiplicet etiā inunctionē cū fricatione poſt illud. Oleū eſſe aliquod eſt magis iuuatiuū ei q̄ balneū. Et vtaſ lenificationibus r odorife ris frigidis. Et ponat ſup pectus ſuū epithimata infrigidātia ex mucillaginib' r ſuccis r aquis bonis. Et ſummat in potu vinū plu rime cōmixtionis eſt eſſe bonū medicamē ei.

¶De febre ephimera ex triſticia. Caꝑ.13.

QUādoq; accidit ex multitudine triſticie ꝓpter rē q̄ ſitā mot' laboriosus ſpūs calefaciēs faciens cadere in febrē. ¶Cui' ſi gna ſunt ſimilia ſignis eius q̄ eſt ex angustia. Niſi q: mot' oculi cū ꝓfunditate ſua ꝓpter reſolutionē eſt ad partē extrinſecā. Et pulſ' non eſt dimiſſus depreſſus: immo eſt in eo cū debilitate: ſed eſt cum eo ſaltus. ¶Et cura ei' eſt ſicut cura ei' q̄ eſt ex angustia.

¶De febre ephimera ex cogitatione. Caꝑ.14.

QUandoq; accidit ex multitudine cogitatiōis in reb' feb. ſi milis illi que eſt ex triſtitia. Niſi q: mot' oculi eſt equalis nō ad clauſionē neq; ad exitū declinis: r eſt declinis ad profunditatē. Et pulſus eſt diuerſus in dilatationer conſtrictione: r plurimū qui dē eſt equalis. Et facies eſt ad citrinitatē declinis. ¶Et cura eius eſt cura illi' que eſt ex triſtitia.

¶De febre ephimera ex ira. Caꝑ.15.

QUandoq; accidit ꝓpter ſuperfluitatē motus ſpiritus ad exteriora in diſpoſitione ire calefactio ſuperflua adurēs ſpi ritū r feb. ¶Cui' ſigna ſunt rubedo faciei: niſi permiſceat ei ti mor: r quoniā citrinatur. Et inflatio faciei ſimilis ei qui inflatur in dormitiōe. Et ſunt oculi rubei tendentes exterius ꝓpter vehe mentiā motus ſpūs ad exteriora. Et quandoq; accidit quibuſdaz eoz r timor ꝓpter motum humoris: aut ꝓpter debilitatē natura rū. Et eſt aqua rubea acuti tactus ꝓpter acuitatem ſuā. Et q̄nq; eſt cum ea aliquātulum claritatis. Et pulſus eſt groſſus plen' pul ſans frequens.

¶De cura. Capitulū.16.

HAc eos quieſcere. Et fac vt occupenk letificantib' r narratio nibus r vocibus bonis r ludis mirabilib'. Et fac eos ingre di balneū in aqua tepida non plurimi caloris. Et inunganf pluri mum cum aliquo oleo plurimo: illud enim eſt magis cōueniens eis q̄ aqua calida. Et cibentur eis que infrigidant r humectant. Et ꝓhibeank a vino omnino: et non eſt eis via ad ipſum.

¶De febre ephimera ex vigiliis. Capitulū.17.

QUandoq; etiā accidit ex vigiliis feb. ephimera. ¶Cuius ſi gna ſunt anteceſſio vigiliarū: r grauitas palpebrar: q̄n fo taſſe non aperit eas. Et ꝓfundatio oculi ꝓpter reſolutionem. Et inflatio palpebrar ꝓpter corruptionem cibi et multitudinem va poris. Et conturbatio vrine ꝓpter ꝓuationem digeſtionis. Et debilitas pulſus. Et citrinitas faciei ꝓpter malicia digeſtiōis. Et inflatio eius ꝓpter excitationem ex malitia digeſtionis: ſed non eſt cum rubedine ſicut in illa que eſt ex ira.

¶De curatione. Capitulum.18.

CUratio autē eius eſt ociari et quieſcere r dormire. Et embro care caput cū eis q̄ infrigidāt. r humectāt. Et balneū humi dū. Et cibi bonor chimorū. Et inunctiones humectātes. Et vinuz eſt ex rebus magis conferentibus eis. Et ſumant in potu ipſum fi ne timore: niſi fuerit dolor capitis.

¶De febre ephimera ex ſomno et quiete. Ca.19.

ASpiritu quādoq; reſoluunf vapores calidi p vigilias r mo tus. Cū ergo ꝓlongat ſomn' r trāquillitas r nō reſoluuntur accidit ex eis calefactio ſpiritus r ſe. eius. ¶Cuius ſigna ſunt iſta Significant eſſe eam anteceſſio ſomni. Et tranquillitas plurima: r ꝓprie que non eſt in conſuetudine: et cadit ꝑ trariū conſuetudinis. Et ſignificat ipſam reſolutio vaporoſa et pulſus.

¶De curatione eius. Capitulum.20.

CUratio ei' eſt ſudatio in aere balnei. Et ablutio equalis cuz aqua calida. Et paucitas cibi et declinatio eius ad id q̄ in frigidat r humectat ipſam. Et exercitium temperatum. Et non oportet vt bibat vinum.

¶De febre ephimera ex gaudio. Cap.21.

QUandoq; accidit ex gaudio ſe. ſicut illa q̄ fit ex ira. Niſi q: forma oculi eſt forma gaudētis nō forma irascētis. Et ē fre quētia in pulſu minor. ¶Et cura ei' eſt ꝓprima curationi eius que eſt ex ira.

¶De febre ephimera ex timore. Capl'.22.

QUandoq; accidit ex timore febris ſm ſemitam que accidit ex angustia. Proportio namq; timoris ad auguſtiaz eſt ꝓ prie ire ad gaudium: ex hoc q̄ motus timoris eſt ad interiora: r ire ad exteriora: r fit ſubito: r alioꝝ modorum fit gradatim. ¶Cuius ſigna ſunt proxima ſignis eius que fit ex angustia. Niſi quis diuer

sitas in pulsu est vehementior. Et forma oculi eius est forma territi. ¶ Curatio est proxima curationi eius que fit ex angustia. Et oportet vt securetur a timore. Et veniatur ad eū cum nuncijs gaudere facientibus. Et letificantia sunt iuuatiua ei.

¶ De fe. ephimera ex labore. Capim. 23.

Labor quandoq; peruenit ad summū in calefaciendo corpus et spiritum ita vt fiat fe. nocens opationibus: et est plurimi nocumenti: ꝛ grauitas ipsius sup vitalē ꝛ animalem. ¶ Signa sunt anteceſſio laboris. Et additio calefactionis iuncturaruꝫ sup alia. Et tactus lassitudinis ꝛ siccitatis corpis. Et qñq; accidit in fine eius humectatio: si fuerit labor temperatus in eo: id est qñ non est in eo excitatiuū aut frigus pbibens sudorem. Sinautē labor fuerit superfluus minoratur humectatio et sudor ꝛ qñq; sequitur ipsum tussis sicca ꝓpter cōmunitatem pulmonis. Et quandoq; declinatio complexionis est. Et pulsus eius paruus debilis ꝛ quandoq; decimat ad duritiem. Et vrina est citrina calida ꝓpter motum subtilem et propter resolutionem.

¶ De cura. Capim. 24.

Curatio eorum est tranquillitas. Et balneatio in tina. Et inunctio fricando ꝓprie super iuncturas. Et acceptio cibi boni chimi humectantis ꝑm quātitatē qua digeratur de genere carnium pullorum ꝛ hedi et piscium paruorum. Et qñ virtutes eorū sunt debiles: tunc non oportet vt cōfidant de se posse digerere qō digerebāt in dispositione sanitatis: immo minus illo. Et propter hoc cibentur eis quorū paucū nutrit plurimuꝫ sicut ea que dixim⁹ ꝛ sicut vitelli ouorum sorbilis: et testiculi gallorum sunt eis boni.

¶ Quidam tamen existimauerunt qꝫ oportet vt patientium laxitudinem regimen plus subtilietur qꝫ aliorum. Sed illud non est rectū Et oportet vt sumant de fructibus humidis. Et sumant in potu vinum plurime cōmixtionis si fuerint assueti: aut iuleb: ꝛ aliud si non fuerint consueti. Et oportet vt eorum inunctio sit plurima qꝫ inunctio aliorum cum oleo aliquo vt humectentur eorum membra et iuncture ex siccitate: et iterū vt mollificetur illud quod accidit eis de tensione: et oleum viol. est de oleis melioribus eis. Et oportet vt communicet inunctio eorum corpori et ꝓprie capiti collo et spondilibus dorsi et iuncturis omnibus et ꝓprie post balneationem. Et oportet vt sternantur strata eorum: et aromatizentur indumenta eorum et sedilia eorum. Et si indigent iteratione balnei ꝓpter reliquias iterentur omnia que scripta sunt in capitulo suo.

¶ De fe. ephimera ex euacuatione. Cap. 25.

Quandoq; accidit ex cōmotione humorum post ventris solutionem motus spirituum superfluus et inflāmans in ipo febrem ꝓpter multitudinem lassitudinis que sequitur ipsam. ¶ Et qñq; faciunt eam medicine solutiue propterea qꝫ calefaciunt.

¶ Et quandoq; sequitur flobothomia propterea qꝫ redire facit humiditatē ꝛ vaporē ꝛ sanguinitatē eorum ad furiositatē colericā.

¶ Curatio. Ca. 26.

Oportet vt subtiliet in retinēdo vinū ꝑ ea que sunt ordinata in capitulis suis. Et vt cibetur eger cū eo qō confortat plus: ꝛ ꝑm quātitatē qua digerat de eis qꝫ infrigidāt ꝛ humectāt. Et sint in eo pōtica stiptica. Et ponātur sup stomachum emplastra ꝛ embroce cō fortantia calefacta non tepefacta. Nam omne tepidum est mollificatiuum ꝛ resoluit virtutez. Et de hac summa est lana infusa in oleo nardino aut oleo frigidiore eo aromatizatore primat adeo donec separentur ab eo partes olei ꝛ ponantur super eos ꝛ ea que infrigidant.

¶ De fe. ephimera ex dolore. Ca. 27.

Dolor qñq; calefacit spūm adeo donec inflāmet fe. ¶ Signa. Dolor i capite: aut oculo: aut aure: aut dēte: aut iūctur]: aut extremitatib⁹: aut colica: aut emorroydib⁹: aut alijs doloribꝫ furūculor.

¶ De cura eius que fit ex dolore. Ca. 28.

Negatur dolor cum eo quod oportet in capitulo suo: deinde curetur cura eius qꝫ fit ex labore. Quod si inuenatur ex potu vini motus doloroſus: non detur in potu.

¶ De fe. ephimera ex syncopi. Ca. 29.

Quandoq; accidit ei cui supuenit syncopis ppt̄ motionē spūs diuersa calefactio conuertit in febrē. Et qñq; remanēt de ea post ablationē timor] i syncopi reliqe. ¶ Signa. Vicinitas syncopis ꝛ casus ꝛ tutis absq; signis febriū aliaꝫ qꝫ nō sunt ex febribus ephimeris. Et pulsus in ea est diuersarū dispositionum: quandoq; enim cadit ꝛ destruitur: quandoq; vincit frigus ꝛ quandoq; fit velox ꝛ apparet cum dominatur caliditas: ꝛ similatur pulsui patientium extenuationem exiccatiuam in duricie cum vermicatione.

¶ Curatio. Ca. 30.

Cura ei⁹ est cura syncopis. Et dare cibos velocis digestiōis boni chimi ꝛ de illis quos scuisti: ꝛ si indigueris vt desin potui nū: fac ꝛ non cures de febre. Cum ergo liberatur ex syncopi ꝛ remanet fe. similis ei que est cum extenuatione: curetur cum eo quod est in canone de infrigidatione ꝛ humectatione.

¶ De fe. ephimera ex fame. Ca. 31.

Quandoq; acuuntur vapores in corpore quando nō inueniūt nutrimentum ꝛ generant febrem. ¶ Et eius pulsus est debilis paruus. Et quandoq; declinat ad duriciem. ¶ Curatio. Cibatio quidem in febre est sicut ex sorbitionibus factis ex hist ordei cum oleribus. Et post illas cum cibis bonis confortantibus. Balneatur et effundatur super caput eius aqua plurima tepida: ꝛ sedeat in ea et humectetur corpus eius cum eis que sunt sicut oleum violatum ꝛ rosatum ꝛ cucurbitinum.

¶De fe. ephimera existi. Ca. 32.

Hec proxima est di q̄ est ex fame: vel est dignior: vt accidat propter defectū ei⁹ quo sedat de aq̄ caliditas fortis in vaporib⁹. ¶Cura. Dare in potu aquā frigidā: aquas fructuū frigidorum: pro prie granatorum: et humectare corpus cum tina: et si possibilis est balneatio cum aqua frigida faciat.

¶De fe. ephimera ex opilatione. Ca. 33.

Opilatiões fiūt in poris cutis ppter spissitudinē ei⁹ et paucitatē ebullitiōis: et multitudinē ciborum: et propter frigiditatē: et propter albutionē cum aquis frigidis sliptices: et propter adustionē solis. Et quandoq; fit in viis venarum et meatibus earum et orificijs ipsarum et cursib⁹ et viis earum. Et cum dicitur fe. ephimera ex opilatione non innuitur nisi ad hāc speciē. Nā plerumq; accidit vt minoretur resolutio et multiplicet repletio et coartatio et priuet respiratio et aggregatur vapor plurim⁹ et nō resoluitur: et tunc eueniet caliditas superflua. Et vū pseuerauerit ei⁹ inflammatio in debilioribus ex corpib⁹ quō est spūs erit fe. ephimera. Cū ergo inflammat i sanguine est spēs famosa synoche quā dicem⁹. Et est illa que est de summa febriū humorū. Et nō est ppter putredinē: imo est ppter inflammationez et ebullitionē. Quod si pertrāseat illud ad putredinē quā facit opilatio et priuatio respiratiōis pmutatur ad fe. putredinis. ¶Et huiusmodi quidē oppilatio; aut fit ex multitudine humorū et sanguinis: aut ex grossitudine eor: aut ex viscositate eor: aut propter casum rei de causis opilationis in instrumēto non in cursu: immo sicut frigus coalt ringēs: aut apostema coartans: aut nascētia rei: aut illud de illis quarum te oportet remorari. ¶Et hec quidē feb. de febrib⁹ ephimeris parum pmutatur ad ethicam: qñ corpus inest plurime materie. Et in hac feb. iterum est sitis et inflāmatio: adherētia caliditatis: et vrina media inter igneaz. Et hec fe. est difficilis ad cognoscēdum cui⁹ similitudo est proxima similitudini febriū humorū. Et hec febris quandoq; remanet vsq; ad diem tertium: et in eo quod est post ipsum sunt opilationes plurime fortes: et non sunt spissantes: et non] condensantes defortis: et si sunt parue festinat eius eradicatio si nō fuerit error. Et hec fe. inter fe. ephimeras qñq; accidit et redit ppter fixionē opilationis q̄ est cā q̄re fiūt ei paroxismi. Et hec q̄dē fe. multotiēs pmutat ad frig⁹ et horripilationē: et significat q̄ ipsa sit putrida. Et cum illa que est ex opilatione facit accidere dolorem post flobothomiam in latere sinistro non est excusatio iteratio nis flobothomie precipue cum sedatur feb. et perseverat dolor.

¶Signa. Quādoq; accidit feb. ephimera non ex causa primitiua et est longe declinationis: tunc existima q̄ ipsa est opilatio: et propter quādo declinat sine euacuatione et humectatione. Et verificat existimationē tuā signa repletionis et in coloribus plurimi sanguinis et generātibus eum: aut grossor humor viscosorum. Et differētia q̄dē

inter ea ambo est: qñ si opilatiō est in eis sunt ppter grossitudinē humorum et viscositatē eor: significant ea signa nota eis: et nō est illis inflammatio corpis rubedo: et extensio: et ad summuz signa multitudinis. Et illis in quibus causa est repletio sunt signa repletionis ex rubedine faciei et rubeatione venarum et inflationē et tēsione: et alia apparētia. Et si supfluunt opilationes pulsus est paruus: et si non supfluunt: opz vt minoret pulsus. ¶Cura. Cū causa est multitudo humoris repletio: tunc oportet vt in principio ppetes ad flobothomiā et euacuationem. Et vt flobothomes eū cum iam nō febrit tūc est melius. Et qñ febrit si nō fuerit necessitas: tunc statio est magis cōueniens flobothomia cū facit humores currere et permiscet inter eos Si aūt non fuerit excusatio: tunc non oportet vt ponatur et tardetur flobothomia et euacuatio: deinde fiat occupatio in eis q̄ aperiunt opilationes et mundificāt meatus. Et non properes ante euacuationē ad mundificandos meatus et apertionē: illud essi fortasse fit causa ad attrahēdum humores subito ad quosdā meatus et inuisādū in eis: et illud est res in qua fiūt errores plurimi: et fortasse addit in opilationibus si fuerint grossi: et ppter si meatus in creatione sua fuerint stricti. Cum flobothomia iterū euacuatio qñq; educāt supfluitates viscosas fumosas faciētes coartationē sua banc febrē et prohibeāt vt pmutetur ad putredinē et ppter cum ad vltimum fauces eā pueniret facis approximare sincopi. Et si non sentis multitudinē humor: immo sentis oppilatiōes: et q̄ ipē sunt accidētes a grossitudine eor et viscositate ipsor: tūc fortasse nō indiges flobothomia supflua: et euacuatiōe supflua: immo indiges aperitiua et aptio. Addē cū abstergētib⁹ ex medicinis et cibis. Et ppter eq̄ egritudo est fe. nō est possibile vt redeas in apiēdo ad abstergētia calidissimo ad illa q̄ sunt inter syrupū acetosum purū vsq; ad illum q̄ est cum fenimēt et aqua endiuie vsq; ad aquā feniculi. ¶Et cib⁹ frictus in quo est ablutio: et non in quo est viscositas sicut kisk ordei. Et zucchārum cū hoc q̄ ipm est ppinquum cibo est in ipso apertio et abstersio. non est ergo malum si miceat cum kisk ordei. ¶Demum opz vt cōsideres cū euacuaueris si necessaria fuerit euacuatio ei⁹ rapparueritor ei⁹ an minuat fe. et deficiat: an si paroxismos habuerit: frāgat et debilitet paroxism⁹ ei⁹ secundus a primo. Et considera vrinam: et si inuenis eam non priuatam digestione: et in pulsu si inuenis eum non significare putredinē procedes scōm hoc regimen. Et intromitte egrū in die tertio post paroxismū in balneū hora mollificatiōis paroxismi expectati si fuerit fe. vsq; ad quinq; horas. Et inunge eum. Et frica ipsum cum rebus in quibus est abstersio equalis: sicut quod est inter farinam fabarum vsq; ad farinam horobi et farinam radicum lilij et aristologie emollite cum aliquantulo mellis et aque. Quod si fueris ausus vti fortiori hoc: tunc vtere spuma baurac. Et si existimas q̄ balneum alterat naturam eius in aliquo et facit accidere quasi

¶

Universidad de Navarra Biblioteca

horripilationem: nō moretur in eo ictus oculi: opilationes enim iste non sunt de genere earum quas aperit balneum. Cum ergo egredi tur de balneo non oportet vt appropinquet cibo: neq; vino: nisi post se curitatem ex paroxismo. Si autem exigit dispositio vt cibetur ali quantulum ⁊ nō tollat: detur in potu id in quo est aptio sicut aqua ordei subtilis: plurime aque: pauci ordei: plurime decoctionis deco ctū cum apio. Qō si paroxismus nō iteratur ei: tunc balnea cum se cundosi desiderauerit illud ⁊ ciba ipsum. Et si fuerit paroxis⁹ di minutus a paroxismo primo ⁊ vrina fuerit bona: tunc confid⁹ ve ritate curationis et paucitate opilationis. Et cura eum post[illegible]ndi cationem eius sicut cura sti ⁊ ciba ipsum. Et si venerit paroxismus sicut fuit fortior illo ⁊ vrina nō fuerit sicut oportet: tunc egritudo est tendens ad putredinem: et curatio eius est curatio putredinis.

De febre ephimera ex nauseatiua satietate et repletione. Ca. 34.

Quandoq; accidunt ex nauseatiua satietate vapores mali ex quibus accidit caliditas ⁊ inflāmantur spiritus: quare acci dit feb. Et propie in corporibus colericis. Et in illis qui non ha bent amplos poros. Nam plurimū superfluitatū earuz vaporat va porationes fumosas. Et minoratur in eis eructuatio acida. Et de illis qui sunt vehemētius dispositi ad illam sunt illi qui incipiūt post nauseatiuam satietatē vti exercitio et motu ⁊ ire sub sole ⁊ bal neatione postq; accidit eis hoc: multiplicant enim in eis vapores fu mosi: et propie quando habuerit in corporibus suis dolorem ⁊ pro prie in visceribus eorum. De materia vero eructuatiōis acetose et in habentibus eam raro contingit vt generetur febris. Si autez generetur: erit debilis: immo nō generatur. Et existimam⁹ quod ge neratur ab eructuatione acetosa: non est nisi satietas nauseatiua.

Et isti quidē cū eorum soluūtur nature iuuātur valde: ⁊ remouet feb. eorum propter expulsionem superfluitatis superflue fumose.

Et diuersificatur quidem curatio eius cuius retinetur natura ex illis ⁊ cuius soluitur. Et si natura illius qui febrit ex nauseatiua satietate leuiatur duabus ascellatiōibus aut tribus: deinde flobo thometur fortis fit super eam fluxus ventris. Et forsitasse fiet flu xus epaticus quem significabunt pulsus cordis et nigredo lingue.

Et similantur accidentia feb. ephimere ex repletione accidenti bus febris ex ira. rubent enim oculi et facies valde et fit inflāmatio vehemens et magnificatur pulsus: et fit velox ⁊ rubet vrina.

Amplius cum plus remanet non excedit tres dies. Et scias q⁹ febris ephimera ex nauseatiua satietate quandoq; venit cum pe riodis quattuor aut septem: et cum hoc est febris ephimera: verum pulsus est sanus.

Signa. Signa eius est alteratio eructuationis ad acetositatem aut fumositatē. Cū ergo alterat eructuatio ad sanitatē indicat sa

nitatem. Et vrina quidem istorum est priuata digestione aquosa. Et quādo cā nauseatiue satietatis est vigilia est in facie ⁊ faucib⁹ eum inflatio: ⁊ in palpebris eorum est grauitas.

De cura. Cap. 35.

Patiens hāc nauseatiuā satietatē nō euacuatur ān aut sit na tura ei⁹ nō soluta: aut soluta. Quod si natura ei⁹ fuerit nō soluta: tunc pculdubio oportet vt soluas eā. Et si fuerit aliq̄d cibi: aut fecis: aut grauitatis remanens in stomacho: tūc oportebit vt facias vomere ipm: deinde solue euz. Et ꝑsidera vbi inuenit grauitatē. Et ꝑsidera tūc an sit rectꝰ euacuare illud cū clysteris ⁊ suppositorijs: aut cū aliquo qō bibit desup vt soluat: aut deponat: aut digerat. Et significat illud qō rectꝰ est de hoc dispositio eructuationis. Forsitasse essi necessarrū erit si fuerit cib⁹ stās fortiter: ⁊ sit difficilis vomitus: vt nō aspiciat ad febrē: ⁊ administrek diapipereon vt p̄cipitet et descendat cū digestione: aut administrek qō est debili⁹ eo: ⁊ administrenk ebrioce ⁊ emplastra digestiua cognita in ca. digestiōis: ⁊ solutiua cognita in ca. solutiōis. Cū ergo descēderit: tunc aut egredi⁊ p se ipm: aut iuuabik cū suppositorio⁹ tolerek fames su p cū tādiu donec non remaneat hesitatio in destructiōe satietatis nauseatiue: deide sumat cibū leuē velocis digestionis boni chimi. Et sit intētio ad famē ⁊ somnū tm qō excusat sollicitudinē in alle uiatiōe repletiōis. Qō si natura fuerit soluta ꝑsidera an res q̄ eua cuak sit illō qō ē corruptū. Et si fuerit illō: nō retineak donec totum euacuek tm vsq; ad postremū ei⁹. Et expecta declinationē paroxis mi. Et fac ingredi ipm tūc balneū. Et ciba ipz nisi fuerit illic superfluū destruēs fortitudinē: tūc eni nō facias ipz ingredi balneū: imo ciba ipz ⁊ ꝑforta stomachū ei⁹ cū reb⁹ q̄s scies: q̄rū q̄dā scripte sūt i capitulo de solutione vētris Et de illis ē lana infusa i oleo in q̄ ē virtus absinthij aut etiā in oleo nardino postquā fuerit expssa ⁊ separata fuerit ab ea maxima pars olei. Et si perseuerat solutio ⁊ inuenis id qō egredi⁊ ab q̄ genere eius quod corruptū est: administra oleū de cidonijs tepidū recēs fm hunc modū: ⁊ oleū de mastice: ⁊ non est iterū in oleo nardino cōtrarietas ei⁹. Et forsitasse administram⁹ ce rataria: ⁊ ppie qñ non suffert dispositio strictura eoz supervētres eoz: et quandoq; indigemus emplastris fortioribus hoc de empla stris predictis in colerica passione: ⁊ da ei in potu aquas fructuum si tolerat eas: ⁊ da ei ad comedendum illud cuius alleuiat nutrimē tūr facilis fit digestio: sicut testiculi galli ⁊ pisces aradrach: ⁊ p̄mit te super illud aliquid de fructibus ⁊ succis robub stipticis.

Et si abscinditur de appetitu aliquid: admoue ipsum cum eis q̄ sciuisti: ⁊ propie cum eis que fiunt ex cidonijs.

Et cū eua cuatū ē nō ē malū vt administres ei electuariū forte de illis q̄ digerūt ⁊ confortāt stomachum ⁊ aperiunt oppilationes: et

illud post ablationem feb. ⁊ accidentiū. ¶Et iter ꝙdem ad flobothomiam est vt nō fiat in ea donec declinet: tunc enim fiat: et illud quod prius datur in potu est aqua ordei: ⁊ cibus sit sicut ille qui fit de agresta cum cucurbita et amigdalis paucis. ¶Et infrigidetur locus eius et odoramentum eius trocisci de camphora in quibus non ponitur reubarbarum.

¶De febre ephimera ex apostemate. Capitulū. 36.

quãtitate vnc.ij. Et ameos confectũ cũ melle est magni iuuamẽti i hmõi loco. Et fortasse indiges ꝓpter lõgitudinẽ frigoris fricatione. Et mod⁹ in ea est vt incipiat ab humeris ⁊ inguinib⁹ qñ ſpargit caliditas in manib⁹ et pedib⁹ ⁊ calefiũt. ¶ Si aũt senserit ſſitudinẽ lassitudinis fiat pmutatio ad fricationẽ dorſi. Et qñ vehemens sit calefactio q̃ necessaria est i eis: tũc dimitte eã ad aliõ mẽbrũ. Et de oleis bonis est oleũ dulce in quo nõ est stipticitas ⁊ oleũ camomilinũ ⁊ oleũ de aneto decoctũ in vase duplici. Cũ ergo cõpleueris: tũc absterge oleũ aliqõt nõ angustiet: ⁊ nõ est malũ si fricationẽ siccaz sequat fricatio cũ oleo aliquo. ¶ Et de illis q̃ seruãt stomachos eorũ vt nõ debilitent: sunt vnguẽta inuncta capiti stomachi q̃ sunt sicut camomillinũ ⁊ oleũ nardinũ ⁊ oleũ anetinũ ⁊ forti⁹ illo alnazoli. Et de emplastris iuuatiuis ẽ vt decoquaſ camomilla cũ repausa masticis decoquẽdo cũ vino cũ duplo sui de melle. ¶ Et ſi accidit appetit⁹: tũc meli⁹ est vt nõ administret vinũ solũ: imo in quo decocta sunt sicut camomillaꝝ dactili ⁊ mellilotũ et absynthiũ.

¶ De cura flegmatice continue q̃ nominaſ latica. Ca.60.

Est cura faciẽtis paroxismũ oi die. Et differt ab ea: qñ opz vt in illa fiat administratio subtiliantiũ calidoꝝ cũ facilitate. ¶ Et hoc ſi fuerit cõtentus eis q̃ sunt sicut sirupus acetosus ⁊ geleniabin ⁊ iuleb de melle ⁊ aqua feniculi apij et radicũ triũ ſine dubio ꝛfert. Et qñq; ꝛfert eis luſch de aneto et luſch de capparibus ⁊ ꝓprie cũ vestigijs digestiõis. ¶ Et ꝓparenꝫ cibi eoꝝ in obseruatione tẽpoꝝ ⁊ diuerſitatis ei⁹ ⁊ fortitudine virtutis ⁊ debilitatis eius ꝓparatiõe cui⁹ remẽoratio ꝓterijt. ¶ Et de medicinis bõis ad eos sunt trociſci de decẽ generib⁹. ¶ Et item de medicinis exptis ad eos est illa q̃. Re. ros.ʒ.vij. succi liquritie sumiterre spice oſz.añ.ʒ.iiij. masticis.ʒ.iij. tzarabe.ʒ.iij. anisi.ʒ.ij. ꝓparẽt. ¶ Item trociſci eupatorij.ʒ.iiij. rosaꝝ.ʒ.i. ⁊ tertiã spodij.ʒ.ij.et.ʒ. ¶ Et item trociſcoꝝ absynthij quoꝝ descriptio. Re. assari se. apij. anisi amigdalaꝝ amaraꝝ ſuchaba bedeoard succi eupatorij spice masticis oim añ.ʒ.ij. ¶ Et item eupatorij vnc.iij. ros. rub. lib.i. spice lib.ʒ. spodij vnc.iiij.

¶ De cura empialos ⁊ lipparie. Cap.61.

Cura eaꝝ ꝓpinqua est cure quã diximus ⁊ sunt ambe associate vni vie. Et opz vt incipiaſ i ꝓmis a sirupo acetoso mellino ⁊ zuccarino. ¶ Et ꝓcipiaſ in eis ambab⁹ vt administret rob agreste decoctũ cũ melle ⁊ sirupo ros. deide fiat ꝑdatio devia sumẽdi i potu semina ⁊ aquas eoꝝ ad ſſusionẽ aloes: ⁊ trociſcos de rosis cũ masticẽ: ⁊ pillulas de aloe ⁊ hierã pigrã: ⁊ pillulas de eupatorio. ¶ Et opz ꝛ eis ambab⁹ ſiſ stomachi ſollicitudo habeaſ. Et administret vomitiuũ cũ aq̃ faseoloꝝ raphani ⁊ anisi ⁊ calamẽti et diuretica. ¶ Et ꝺ solutiuis iuuatiuis ẽ illo q̃ ſit ex myrabolanis nigris citrinis ⁊ turbith ⁊ zuccaro. ¶ Et de illis q̃ ꝛferũt eis iuuamẽtũ magnũ sunt clysteria decliuia ad acuitatẽ: ⁊ ꝺb⁹ ponunt medulla cartami

minor ⁊ anetum ⁊ camomilla ⁊ albaſce ⁊ mellilotũ ⁊ almuri ⁊ mel. Et regimen lipparie indiget subtilitate pluſq; regimẽ alterius.

¶ De cura febris cum ſincopi humorosa. Ca. 62.

Hec febris est difficilis cure. ¶ Et modus in curatiõe eius est euacuatio gradata ex subtili ad fortez ⁊ ꝓprie quãdo natura nõ respondet ex se. Tunc essi cũ clysteribus mũda q̃ est in intestinis ⁊ venis ꝓpinquis eis ex superfluitate. Et administra in resicãdo subtiliationẽ cũ fricatione. ¶ Et Bak. quidẽ dixit q̃ deficit ab euacuatione plm eoꝝ nisi cũ fricatiõe: ⁊ melior⁹ modoꝝ in fricatiõe eorũ est vt incipiat a coris ⁊ cruribus descẽdendo a superiori ad inferi⁹: ⁊ administret illo cũ mãtili aspero abradẽte cutẽ: deiñ pmutet ad manus descendẽdo ab humero ad spatulã ita vt igneaſ cutis: deinde ad dorſuz ꝓpect⁹: deinde redeat ad crura ⁊ reuertaſ ad ordinem primum. Et ponaſ medicta stpis eorum fricationi ⁊ medicta stpis eorum dormitioni ſi possibile est. ¶ Et ad summũ canõ curatiõis eoꝝ est subtiliatio nõ calefactio valde: ⁊ de illis q̃ cõferũt eis sunt subtiliãtia sicut aqua mellis cũ virtute ysopi ⁊ seminis apij in matutinis ⁊ similib⁹ eis. Qõ ſi fuerit illic fluxus vẽtris ſupfluus decoque mel decoctiõe vehemẽtiore ⁊ nõ soluesniſi parũ tẽperatũ. ¶ Et sirupus acetosus mellin⁹ iterũ cõfert eis: in estate quidẽ ⁊ cõſuetudine pot⁹ aq̃ frigide pmixtus cũ aqua frigida ⁊ in hyeme opz vt nõ sumat eã in potu penitus: ⁊ sit cõtent⁹ aqua calida ⁊ assumere calidũ ex potibus est meli⁹ eis niſi apõ necessitatẽ est⁹ et ⁊ statim ⁊ vehemẽtiã caloris plurimi. Et cõuenient⁹ quo potaſ ad sitim est sirup⁹ acetos⁹ mellinus. ¶ Et vinũ cõfert eis in principio ⁊ ꝓprie ſi fuerint febricitanteſ sanguinee: ſz parũ sunt ⁊ ꝓprie in senib⁹: ⁊ necessariũ ẽ eis vinũ post cibũ. ¶ Et tibi quidẽ necessariũ est vt cõsideres pulsuz habentium hanc egritudinẽ sp: ⁊ cũ videris cũ incipere debilitari ⁊ cadere subito ciba cũ pane infuso in vino cõmixto ſi nõ ꝓhibet apa in visceribus. Cum ergo associatur ei hmõi egritudo nõ est curationi modus negligendi fiducie loc⁹. ſ. quando accidit hmõi alteratio in pulſu. Et hec quidem cibatio est ex eis q̃ necessaria sunt qñ vehemẽs fit sincopis: verũ opz vt ꝓhibeatur illo. Cibus aũt super quẽ fit dormitio est aqua ordei super qua non addaſ niſi cũ cadit virtus. Et ſi addatur: tunc sit panis infusus in iuleb aut aqua mellis. ¶ Et balneum quidem est de rebus nocibilioribus istis. ¶ Et caldum ⁊ frigidum valde ex aere cum calido enim non fit securitas de cursu humoruz ad pulmonem ⁊ ad cor ⁊ ad cerebrum: ⁊ frigidũ prohibet digestionẽ eius ⁊ addit in oppillationem eius. ¶ Quod ſi fuerit in ea humor colericus aliquis: tunc ſi facilis est vomitus ⁊ leniaſ: est iuuatiuus valde. Et adyltimum meliuſ est vt assidue proficiat in ea.

¶ De cura febris cum ſincopi minuta. Ca. 62.

Oportet vt emplastret pectus ei⁹ cum ſandalis ⁊ aqua ros ⁊ vinificetur cũ cibo paulatiz. Et ſit cibus ei⁹ sicut panis de simila

infusus in aqua granatorum infrigidata si desiderat ipsum: ⁊ sisse in aqua de fructibus. Si autē indigetur ad virtutē almosolat fa⸗ctis ex pullis cuz aceto ⁊ aqua agreste toleribus frigidis ⁊ proprie coriandro erit iuuamentum in bocst exhibeatur.

¶ De regimine nocturne ⁊ diurne. Ca.64.

Regimen ambarum est regimen flegmaticaruz: neq; est diuer⸗sitas in eis.

¶ De quartana periodica. Ca.65.

Primū quartana est periodica. Et minorak casus quarta⸗ne inseparabilis. ¶ Cause vero quartane sunt ea q̄ generāt melancholiam: postea putrefaciūt eam. Et tu iā sciuisti totū illud. Et sciuisti q; melancholia alia est q̄ est fex sanguinis: ⁊ alia est q̄ est adustio eius ⁊ eius humorū. Et sciuisti q; de illa est sanguinea: ⁊ de illa est flegmatica: ⁊ de illa est colerica: ⁊ de illa est adustio ipsius me lancholie naturalis. ¶ Et existimauerūt quidā hoim q; quartana nō generak ex melācholia naturali qñ ipsa nō putrefit. ¶ Et hui⁹ quidem sermo nō opz vt auscultetur. Immo de pprietatibus ossis humiditatis est vt putrefiat quāuis rarificetur in preparatione.

¶ Et plurimum quidem euenit in successione egritudinis febrium diuersarum putridarum ppter diuersitatem humorum ex quibus generanf: ex quorū putrefactione cū addunf ⁊nō euacuanf: multi⸗plicak melācholia: deinde cū putrefit: est quartana: ⁊ multotiēs qui dem accidit successione splenis: ⁊cū hoc ipsa ⁊m plurimū nō euacua tur ex dolore splenis aut duritie eius. ¶ Et saluior quartana est il la q̄ non accidit ab apostemate splenis aut alijs: aut cū qua nō est apa splenis. ¶ Quartana enim que euenit ab apostemate splenis aut cū qua est apostema splenis multotiens perducit ad hydropi⸗sim ⁊pniciē. ¶ Et q̄rtana q̄ salua est: liberat ab egritudinibus ma lis melancholicis sicut melancholia ⁊epilepsia. ¶ Et in ea est se⸗curitas a spasmo qñ humor est siccus. ¶ Et ⁊m plim est egritudo salua. ¶ Et qñ nō accidit in ea error nō addit supra annū. Et qñq; perdurat. xij. annis: ⁊quod est infra eos. Et q̄ ex ea lōga est: pducit ad hydropisim. ¶ Et scias q; a utūnus est inimicus quartane.

¶ De signis. Ca.66.

Signa sunt q; quartana incipit in primis cū frigore puo: dein de incipit frig⁹ eius addi: postea minorak parū apud statum sicut in flegmate. ¶ Cūz calefit corpus nō est caliditas vehemens ⁊ sit maior ⁊ magis apparēs q̄ illa q̄ est in flegmatica. Ipsa est cuz difficultate sua ⁊ inflāmatione nō inflāmak inflāmatiōe de qua cu rak sicut ⁊gms in lignis grossis: ⁊nō comprehendit sup corpus totū immo est illic caliditas cū boꝛriplatiōe: ⁊ in hoc est grossitudo hu⸗moris: ⁊est cū frigore ⁊aliquātulo dolore q̄si frangat ossa: ⁊ ēillic cōtractio ppter quā stridēt dētes: ⁊cerū nō sicut in flegmatica: qua propter pducit illō ad debilita tē visus. Uerū leniſ apud digestionē

qñ malitia minorak sicut fuit in principio parūper. ¶ Et de signis quartane sunt cause ei⁹ antecedētes ex febrib⁹ q̄ plongate fuerūt et ex splene aut dolore. ¶ Et de signis q̄rtane etiā sunt dispō cōple⸗riōis: ⁊ significatiōes melācolie et etas: ⁊ tps: ⁊ tab⁹ ⁊ forma: ⁊ suetudo ⁊ q̄ sunt bis similia. ¶ Et periodus ei⁹ est .vigintiquatuor horaruz Et multotiēs est febris tertiana in estate quidē ⁊ fit quartana i hye me. Et multotiēs perducūt febres diuerse ad febres ꝓmixtas in qui bus nō est ordo ppter diuersitatē residui humoꝛ remouentiū post febres. Cū ergo stat⁹ cōfirmak ⁊m cinereitatis additionē cōfirmak sup quartanā. ¶ Et illiusquidē q̄ est a flegmate adusto sunt paro⸗rismi lōgiores: ⁊accidit eis frig⁹ ⁊m pl⁹ successione assiduationis: ⁊ est sudor tardior: ⁊ vrina grossior: ⁊ durities venarū minor: ⁊fit ⁊m pl̄m successione febriū flegmaticarū. ¶ Et illā q̄ est a sanguīe adu⸗sto antecedūt signa sanguinis: ⁊febris eius ⁊rubedo vrine: ⁊signifi⸗cāt ipsam formā ⁊etas ⁊tēp⁹: ⁊fortasse erit post febres sanguineas ¶ Et in illa q̄ est a colera adusta est pulsus vehemētioris velocita⸗tis ⁊frequētie: ⁊incipit cū boꝛripilatione ⁊frigore in carne ⁊fiti ⁊su dore: ⁊q̄ñq; fit ira ⁊ sudor: ⁊inflāmatio: ⁊significāt ipsam formā tps et etas: ⁊q̄ñq; significāt ipsam q; ipsa fit successione febrium coleri carū. ¶ Et pulsus in q̄rtana est decliuis ad duritiē ppter siccitatez humoris. Ipse eſſi trabitur ad interiora quasi ipse esset pulsus se⸗nis: ⁊ad equalitatem dum non mouetur. ⁊si moueatur: diuersificak pulsus valde propter grossitudinē superfluitatis: et fit mundifica⸗tio ei⁹ apparēs apud tepozem: ⁊ est significatio completa sup quar tanā: ⁊ multotiēs accidit in eo dyastoles inequalis ⁊ sistoles vehe⸗mentis necessitatis ⁊m contrariū eius quod est in tertiana: ⁊ pul⸗sus quidē quartane melioꝛ est pulsu flegmatice in paruitate et fre⸗quentia: sed est similis ei in tarditate: et apud inceptionem paro⸗rismi additur tarditas sua ⁊ frequentia. et diuersitas eius est ma⸗ioꝛ diuersitate reliquarum febrium deinde incipit magnificari et fieri frequēs ⁊ velox. ¶ Et vrina in quartana est similiū horaꝝ ipi uatione digestiōis propter frigus materiei et grossitudinē eius ni si apud statū bonū. Uerūdispositiones eius ⁊ colores eius diuersifi cātur: ⁊ illud ideo quoniā melācolia generak ex humoꝛib⁹ diuer⸗sis. ¶ Et de signis digestionis quartane est leuitas tremoris. Uri⸗na aūt in principio est alba ad viriditatē decliuis cruda: cui nō est digestio. Et post principiū diuersificak eius dispositio propterea q; plurimū melācolie est generatū ex būoꝛib⁹ diuersis: ⁊ ē apō declina tionē nigrū. ¶ Et sudor in quartana est plurim⁹ p cōparatiōez ad flegmaticā: ⁊ nō multiplicak per cōparationē ad alias. Et sitis mi⸗norak bac in febre: nisi sit a melancolia colerica.

¶ De cura. Cap.67.

Consideres in hac egritudine: an sit melancolia flegmatica: aut melancolia sanguinea: aut melācolia colerica: aut melā⸗

eolia melācolica. Deinde rege vnāquāq; eaꝝ cū eo qō ei ē ꝓueniens de illis ꝯdicem⁹. ¶Uerū ibus specieb⁹ suis sunt iudicia in quib⁹ ꝓmunicāt: rillō est q ipse minuunt in principio: quare necesse ē vt attēdāt an sit sanguis dominās in ea: r ꝓprie qñ quartana ē a melācholia sanguinea. Tūc essi flobothomet r extrahat sanguis ſm quātitatē necessitatis. Et fortasse erigit multitudo ei⁹ vt extrahat de eo resplurima. Et qñ nō est necessaria flobothomia: tunc flobothomia ē nociua inquātū debilitat: rinquātū educit cōtrariū melācholie: rinquātū mouet hūores ad exteriora. ¶Et si opz: euacuetur a principio de hūore faciēte febrē aliq̄d ad alleuiādū r mūdificā dū. Illō essi apō digōnē ē ſm q innuā ad ipsuz: rsi post poriſmuz per diē. ¶Et nō opz vt fiat ꝓuocatio in ꝓmis cū fortitudie. Et opz vt admistrenf mollificātia. ¶Et si tibi nō yf bonū vti potionibus administra loco eaꝝ clysteria cōueniēcia. Sed opz vt sint leuia. Et nō ꝛcedif ꝛfortatio eoꝝ nisi qñ ꝛsequif egritudo stati. Et si medicus iā ſumpserit rsolutione edurerit melācholiā in principio aliquotiēs solutione forti r phibuit egri tudinē penit⁹ :sz ē rectuz ab errore. ¶Et opz vt phibeat in die porisſmi a comestione: rprecipiatur ieiunū: r phibeat ab aqua frigida illa die. Et est necessariū in reliquis dieb⁹ vti carne teiugi aut pulli in ꝓmis teiugiusq; ad tres vel quatuor periodos. deide pulli: tūc ei⁹ pulsus est melior. ¶Et si medicina in die paroxiſmi geleniabin cū.z.r. sirupi acetoſi. ¶Et quidem scis q qñ melācholia ē colerica: tūc opz vt admistrek in ea qō soluat eā ex gñe myrabolanoꝝ rviole. ¶Et si est flegmatica opz vt admistrek in ea aliq̄d i primis in quo sit virt⁹ polipodij r epithimi r ſmiliū. ¶Et scias q aqua casei est bonū vehiculū ei qō admistrak de virtutib⁹ ꝺictis. Et fortasse ꝛfert administratio ei⁹ soli⁹ cū ē caliditas violēta: nā geleniabin r aqua eius colata cū decoctione sua forti est loco ipsi⁹ r ꝓprie qñ ē in stomacho debilitas: aut est illō qō vincit humor frigid⁹. ¶Et vomitus iterū r ꝓprie ante cibū r post cibū r est cōueniēcior r ꝓprie in die paroxiſmi rañ paroxiſmū: r ꝓprie qñ melācholia est flegmatica est de rebus nuātib⁹ in ea: rnon in principio tantū immo rin omni hora. ¶Oportet ergo vt non laboretur in principio rin principijs digestionis vsque ad aduentum complementi digestionis in euacuando superfluitatem cum eo qō calefacit cū fortitudine: neq; cum eo qō exiccat cum fortitudine ex medicina rdimissione ciborum: neq; cuz eo quod debilitat ex solutione ventris: neq; iterum cum eo qō debilitat in principio ex subtiliatiōe regimis. ¶Et scias q qñ incipit quartana in estate aut in hyeme: tunc oportet vt in potu deſ in primis de aqua ordei r secaniabin vt aperiat vias oppilatas ꝓuocatiōe rſumak velociter et illō ē post periodū antecedētē tribus horis aut quatuor. Et cū accidit quartana in hyeme: tūc non est mod⁹ vt deuk in potu trocisci.

¶Et scias q res frigide r humide facilis digestionis boni chimi sunt conueniētes huic egritudini inquantū est febris: et ex hoc q sunt contrarie vni duarū qualitatū melancolie q̄ est siccitas: quare opz vt administrenf iterū vbi non timek nocumentū digestionis Et non sit quantitas ex qua timek nocumentū in digestiōe aut misceak cum eis aliquid qō eaꝝ frigiditatem temperet: r non minuat earum humiditat⁹: r iste sunt res calide cū equalitate. ¶Et alienetur omne frigidū r siccū. ¶Et res humide r frigids huic egritudini cōuenientes sunt sicut endiuia r lactuca r melon r persica qñq;. Et nō opz vt deuitenf hmōi nisi aut ꝓpter vehemētiā frigoris: r est inuentum sicut in lactuca: rnon est inuentum sicut in melone dulci. Aut ꝓpter vehementiā prouocationis perducentis ad ingrossationē sanguinis: r illud est inuētū in melone dulci. Aut ꝓpterea q: preparata sunt ei qō permisceat putredinē r est illud inuentum in persicis. Et opz vt obserues hmōi. ¶Cibi vero calidi cū equalitate cū additiōe in humiditate sunt iuuātes valde: r ꝓprie cū volunt equationē caliditatis eoꝝ vbi non ꝺesligik vt per ea fiat iuuamentum ad digestionē cū frigiditas r humiditas: sicut cōmixtio ficuū cum endinia. ¶Et nō est malū in primis sumere ea in quib⁹ est salsedor acredo r incisio cū nō timek incrementū caliditatis.

¶In fine aūt egritudinis nō est excusatio illi⁹: r trocisci de absynthio iuuatiui sunt vsq; ad finē egritudinis. ¶Et de illis quib⁹ fit iuuamētū est sessio in aqua calida dulci ante cibū omni die: r balneatio q̄ humectat r nō facit sudare neq; excitat caliditatē: r cōtinuatio delitiaꝝ r quietis: r abhorrere exercitiū r mot⁹ corporales et animales. ¶Et oēs iste febres indigēt humectantib⁹ r diuersifikanf in quatitate infrigidationis r calefactiōis. Et necessitas sua qua indigēt exiccatiuis est ꝓpter illud qō est in eis de virtute inciſionis r abstersiōis r solutionis: r nō ꝓpter exiccationē. ¶Et opz vt obseruetur stomachus cum emplastris bonis ꝛfortantib⁹ q̄ sunt inter virtutē caliditatis et subtilitatē eius ſm qō exigit disposition. Et obseruentur splen et epar et regank vt non indurenf et apostementur: r fortasse est necessariū ad prouocandū vomitū vti ꝛqua raphani cū semine suo q̄ misceātur cū sirupo acetoſo. Et fortasse iuuatur cū anteceſſione comestionis sicle r ei⁹ quod salltum est de pisibus r ſynapis r bis ſmiliū ante ipsum. ¶Et adiuuatur post illud cum potu aque multe: deinde fiat succeſſio cū sirupo acetoſo et euomat. ¶Et de illis que conferūt ei est vt ſumat ipm in die paroxiſmi: deinde euomat ſuper ipsum: r securitatē facit a nocumento febris qō est ꝓpter frigus r rigorem r acuitatem febris si ſumat allia r mel et bibat si est purum acetoſuz mellinum: r impleatur cibo: deinde ſumat aquam calidam et euomat. Cum ergo consumitur paroxiſm⁹ cenet rem paruam r balneetur in mane. ¶Et si ſumat aūt paroxiſmū. v. horis cibum vt euomat: fortasse i uuabit illud

licet nō euomat. ¶Et vomitus ante paroxismā quicunq; humor fit: aut alleniat paroxismū: aut eradicat ipsum. ¶Et de regimine bono est q; ieiunet in die paroxismi si nō est qō prohibeat: r nō sumat cibū donec consumat paroxismus. ¶Et ingredief balneū die scho: siquidē fuerit digestio ꝑz descriptionē: si nō fuerit digestio nō fiat in ea nisi effuso aque calide quātitate quā delectat corp̄ r humectat min⁹ qꝫ vt ꝓueniat ad hoc vt liquefiat ex ea humor: r in die tertio administretur vomitus ꝓpter illud qō superfluit de cibo r qō resoluit balneū: cuius oportet vt admīstret vomit⁹ i die paroxismi iter. Qō si melācolia fuerit sanguinea iuuabif cū flobothomia ex basilica. Deinde per euacuationē subtilem cum eo in quo ponūtur de mundificantibus sanguinem sicut virtutes fuchaba r bedoard r polipodij r fumiterre r myrabolanor̄: chebulor̄ r hoc quidem genus velociter recipit curationē. ¶Et si fuerit melancolia colerica: tunc tibi mest vt administres infrigidationē r humectationē vltimas ex medicinis r cibis: r administra aquam temperatā sedēdo in ea r abluendo. r fiat lenificatio nature in principio cum eis que sunt sicut illud quod fit ex violis. r quod fit ex. aqua casei cum virtute polypodij: aut sirupus acetosus cū epithimo r sirupus rosa. r aqua iuleb r cassiafi. ¶At vero solutio eius integra separaf post. 20. dies: qñ digestio apparet in eo. s. quando materia est melancolia colerica: deinde fiat gradatio ad illō qō subtiliat r incidit. ¶Et si necessaria est rectificatio stomachi: tunc fiat cū inūctionib⁹ r oleis r epithimatibus que non pertrāseant virtutem camomille absynthij r melliloti r similium r ieiunio plurimū vsq; in diem periodi: quandoq; iterum est ex eis q̄ non cōueniunt ei: r si sit in die periodi sufficiat eis de cibo parum modicū: ex mūdificatiuis iuuantibus sunt ea quib⁹ est decoctio myrabol. r epithimi r sene in sirupo acetoso in quo decocte sunt viole: r fortasse sumitur in potu ente in eo asse in ieiunio ꝓprie in die paroxismi: r euomat ipsum si nauseat cū anima eius. ¶Et si fuerit melancolia flegmatica redeat ad sirupum acetosum mellinū cum aqua apij r femculi r similū: r si necessaria fuerit lenificatio misceaf cū eo in principio virt⁹ solutiua flegmatis de Hiera⁹ rufithi⁹ r polipodij: r fiat gradatio paucaa dvirtutem agarici. Et fiat vt vomat cum sirupo acetoso mellino de seminib⁹ r his similibus vsquequo incipiat digeri: r fit vaporatio stomachi r eius emplastratio cū eo qō est fortius: ita vt cū dactilis r ficub⁹ r similib⁹: r siſr inunge ipsum cū oleis calidis peruenīdo vsq; ad oleū de costo. ¶Et fortasse est necessarium in eo prouocare vomitum cū sirupo acetoso: r sit in eo virt⁹ sinapis r ellebori albi. Immo fortasse est necessariū vt in potu dentur cum dispositiōe sua cū non timetur debilitas dispositionis virtutis.

¶Et si fuerit melācolia melācolica pura ō genere fecis sanguinis tunc rectificatur solutio ei⁹ in primis cū aqua iuleb r penidijs r est

ꝓuenies administratio geleniabin mellinit zuccarini: r in fine eius euacuef cū eis q̄ sunt sicut decoctio mirabola. citrino ꝫ r nigror̄ et fumiterre r passularū. ¶Cū ergo egritudo digesta est tūc bonū ē flobothomare ex basilica. ¶Et administref vomit⁹ sup cibū cū fortitudine aut leuiter ꝑm horā r necessitatē: r oportet vt assiduet ipsum qñ ē radix ad euacuationē cū medicinis r clysterib⁹ fortib⁹. ¶Et medicinē q̄ administrāf i hmōi hora sūt epithimū r polipodiū r agaricū r sticados r lapis armen⁹ r lapis lazuli ablutir nō ablutir succ⁹ foliorū cētauree cū sirupo mellino. Et fortasse necessarius ē ellebor⁹ niger. Et fortasse infundātur i colerica sene r fumus terre cū epithimo r i sirupo acetoso: deinde babes ꝓsilū tunc apud euacuationē. Et da i potu flegmatice r melācolice ex ea tyriacā r mitridatū r medicamē de assa r sulphure. Et pip solū bibaf i aq̄. Et de illis ē sinapis q̄ administref nō assidue: imo i omnib⁹ trib⁹ diebus r i ꝑmis r an illud i spacio lōgiore r similiter dyapipereon r similia illi de electuarijs. ¶Et nō festines cū aliquo horū an digestionē: nā si tu dederis in potu tyriacā r similia illi i ꝑmis ꝓpones quartanā cū quartana: r fortasse attrabes egritudines alias: r ꝓprie in hyeme. ¶Et i fine ei⁹ si necessaria fuerit flobothomia aude sup eā. ¶Inqt Sale. Sanaui gentē plurima a quartana ita. Dedi eis in potu post digestionem solutiuum: deinde dedi eis in potu succum absynthij: deinde dedi eis in potu tyriacam. Et dico q̄ assa⁹ piper singularia sunt iuuatiua valde quando apparet digestio r pervenit status. Et ciba illum fabane et albune r veniculi capparis r sinapi r almuri r ominibus in quibus est virtus solutiua cum fortitudine: r fortasse erit tibi necessarium vt des ei in potu post quadraginta dies omni mane quantum est nabac vna de eis que sunt sicut medicamen de assa: r omni sero similiter: cum febris non fuerit acuta et materie radix non fuerit colera. ¶Et de trociscis iuuatiuis in hac hora et apud declinationem sunt trociscī secundum hunc modum. Re. succi eupatorij et croci ambor̄ aā pond⁹ z. iij. scolopendrie aristo. et lactuce r reubarbarir spodij omniū. aā z. v. r se. acetose r se. portul. et ro. et spice. et se. cūcu. et anisi et se. apij et radicū capparis r granorum alben et se. femculi omnium. aā z. iiij. conficiantur cum aqua apij et fiant trociscī: et dētur in potu cum aqua femculi et endivie et cucute: r hec quidem medicina iuuatiua est modis pluribus. ¶Et si digeritur materia: tūc fac istud. Re. myrrhe. z. v. spice. z. iij. agarici costi floris squinati oiz. aā z. v. petrosellini. z. v. anisi z. v. ꝓficiātur cū vino antiquo r cū melle r zinzibere. r sit dosis ei⁹ q̄tū est nux. r quādoq; dank in potu i fine r cōualescentib⁹ r ꝓpter paucitatē nocumēti in ea r multitudinē caliditatis cū subtiliatōe materie medicanā huiusmodi. Re. seminis iusquiami albi mādragore amborū. aā. filiquam. i. et asse circiter tertiam fabe. i. ¶Et de hoc genere est vt sumank iterū calamēti domestici aurei. iij. r seminis

vtice auf. xx. et epithimi auf. 1. fiat trocisci paruivalde ℞ sit dosis ʒ 1. ¶ Et ex eis que bona sunt eis est vt administret post apparationem digestionis vsq; ad finez eius istud. Sumat passulaz de seemi aut de alacoen ℞ allei silueſtris et myrti vl' myrabolani recētis oim. añ. pars. 1. et decoquant in aqua duici postq; infusa sunt in ea: deinde bulliant exquisite et coletur: et detur de ea vnc. 1. ¶ Et iterum semimis apij et anisi et cordumeni oim. añ. ʒ. v. ozigani silueſtris eupatorij oiuz. añ. ʒ. vij. ameos. ʒ. iiij. suchaba. ʒ. iij. passularū. ʒ. ℥. decoquantur in trib⁹ libris aque vsqueq; redeat ad libram. 1. ¶ Et de illis que bona sunt eis est vt sumant ameos spice et calamēti oim. añ. ʒ. ℥. et carui et anisi amborū. añ. ʒ. vij. et asse pondus. ʒ. v. et zinzi beris pond⁹. ʒ. iiij. ℥ casse pondus. ʒ. iij. conficiant cū sufficiētia mellis. et fit dosis eius pond⁹. ʒ. 1. cū aqua apij ℞ feniculi. ¶ Trocisci huiusmodi. ℞. succi eupatorij. ʒ. ℥. scolopendrie spodij feniculi spice croci oium. añ. ʒ. v. lacce et reubarbari oium. añ. ʒ. iij. semis cucumeris et semis protulace oium. añ. ʒ. vi. fiant trocisci cū aqua apij ℞ sumantur in potu cuz sirupo acetoso. ¶ Et iterū ad flegmaticā myrrhe. ʒ. ℥℥. croci petrosilini amborū. añ. ʒ. v. spice. ʒ. iiij. ℈. castorei. ʒ iij. anisi. ʒ. iij. ℈. semimis apij et carui amborū. añ. ʒ. iij. amomi corticē caste storacis oim. añ. ʒ. ij. et tertiā sisileos adriani ℣fectiōis oim añ. ʒ. i. et tertias duas. ¶ Et qñ vehemens fit rigor: ē vomit⁹ cū aq̄ tepida ℞ sirupo acetoso ad illud iuuatiuū. ¶ Qō si virtutes ei⁹ nō obediūt: tūc cū eis quoz rememoratio ꝑcesserit ℔ borā. ¶ Et si fiat vaporatio cum embroca in qua decocta sunt schea et camomilla ℞ similia hoc cooperto cū pānis laneis aggregantib⁹ calefactionem ¶ De rememoratiōe solutiuoz q̄b⁹ idiget post digestionē. Cap. 68.

¶ Chebulorū. ʒ. v. epithymi absynthij amboz. añ. ʒ. v. myrabolanoz citrinoruz succi eupatorij emblici oiuz. añ. ʒ. iiij. seminis apij ℞ anisi: seminis feniculi oim. añ. ʒ. ij. fiat ex eis decoctio: ℞ solutur cū eo cū facilitate. ¶ Aut sumatur absynthij pond⁹. ʒ. ℥. myrabolanoz chebulor ℞ epithymi oim. añ. ʒ. vij. et fumiterre pondus. ʒ. vij. et suchabar cētauree maioris amboz. añ. pōdus. ʒ. vi. eupatorij ℞ radicis squinanti amboz. añ. pondus. ʒ. v. decoquātur cū q̄nq; lib. aque donec redeat ad libr. j. ¶ Pillule leues. Quādo administrātur in omnibus q̄nq; dieb⁹ semel sunt iuuātes in ea ℞ sunt experte. ℞. epithymi ℞ turbith amboz. añ. ʒ. ℥. carui anisi amboz. añ. ʒ. vij ameos. ʒ. viij. seminis apij ℞ feniculi amborum añ. ʒ. iij. polipodij. ʒ. vi. agarici albi qō facile teritur. ʒ. viij. salis indi. ʒ. v. hierepigre. ʒ. ℥. fiant pillule cū aqua mente et sit dosis. ʒ. 1. ℈. ¶ Et cū materia est flegmatica cōferunt iste pillule. ℞. epithymi agarici ameos oim. añ. ʒ. viij. seminis apij anisi feniculi omnium. añ. ʒ. iij. salis napti. ʒ. ij. ℈. ¶ Et quando est cū dolore splenis iuuatur hoc medicamine ℞ soluit cū facilitate. ℞. scolopēdrie. ʒ. ℥. agarici. ʒ. ij. mirabolanoz nigroz hiere. añ. ʒ. ℥. chebuloz absynthij oim añ. ʒ. viij. suchaba bedeoard ca mepitheos succi eupatorij oiz añ. ʒ. vij. fructꝰ tamarisci radicum capparorum amboū añ. ʒ. v. ℈. seminis apij anisi seminis feniculi omnium. añ. ʒ. iij. fiat confectio aut pillule.

¶ De cibatione patientium quartanam. Ca. 69.

¶ Rectius est vt inclinetur regimē eorum in primis septimanis vsq; ad tres septimanas ad subtiliationē quādā preter quod destruat virtutē. Et illud est vt abstineant a carnez alzubumec: hoc em minorat eoz materias ℞ alleuiat eos et abbreuiat spaciū egritudinis eoz. ¶ Et post illud necessariū est virtutē viuificare cū eis q̄ sunt sicut pisces alredradut oua sorbilia et pulli et alteiugi. ¶ Cuz ergo peruenit ad tempus in quo sequuntur in ea alzubumec ℞ non minorat egritudo: tunc necessariū est custodire virtutez et cibare cū eo qō est fortius ex carnibus gallinaz et pullorū et articū et bedoz et auium mollis carnis sicut sunt pulli et alduragi et pisces boni q̄ non sunt magni. ¶ Et scias q̄ conditio in eo ex q̄ cibat babēs quartanam est q̄ sit aggregans ꝑtietates. Quapyna est vt nō sit crudū immo resoluens crnditatem quam facit accidere melancolia. Et secunda est vt non sit grossum immo subtilians grossum. Et tertia est vt non sit constrictiuum immo soluens ventrem. Et quarta est vt sit sanguis ex eo generatus laudabilis: et plurimum quidem est in ea illud quod habet caliditatem et humiditatez. ¶ Et tu iam sciuisti quō cibetur ante paroxismum et per quot horas et quare illud. Et sciuisti iterum: ℞ quādoq; necessarius est cibus: et in paroxismo eius ꝑpter cāz ꝑdictā. ¶ Uerū recti⁹ est vt eueniat febris vētre vacuoꝝ nō occupet natura cū materia alia: misi cū materia egritudinis donec expellat eā: et vtinū sit purū subtile. De cura q̄rtane ℣tinue. ca. 70.

¶ Dispositio huius febris est secundum q̄ enunciauimus ante ipsam. ¶ Et canon in ea est homogeneus canoni quartane interpollate: nō diuersificat nisi ab ea in rebus paucis. ¶ De illis est q̄ declinatio in illa ad equalitatem in calefacientibus et ad mfrigidationem in hac est melior ꝑpter adherentiam febris. Quare opz vt administrentur in curatione ei⁹ ea que sunt sicut sirupus acetosus cum seminib⁹ ℞ geleniabin et aqua de radicib⁹ equalis et suppositoria cum melle. ¶ Et de illis est q̄ flobothomia in hac est magis necessaria quoniā materia est magis cōm prehēsa invenis. ¶ Et de illis est q̄ licentia in carnibus in hac egritudine est minor: ideo caue hoc. ¶ De febre septana ℞ septenat similibus. Ca. 71.

¶ Et nominātur ꝑbitanos: ℞ quidam nominant hmōi febres resolubiles. ¶ Iste generantur ex materia homogenea materiei quartane: sed est minor ℞ grossior. ¶ Et plurimum quidem fiunt ex melancolia flegmatica. ¶ Septanam autem ℞ septenam ℞ que sunt post illas Hyppocrates dixit. Et Galenus dixit: ego non vidi invita mea aliquā ex eis: neq; vidi quintanā nudā fortē: ℞ neq; est febris

nisi quasi occulta. ¶Inquit ꝛ nō est longinquum quin sit cā in septena. verbi gratia ꝛ nouena regimen qō qñ administratur ꝛ currit super ipsum facit febrē: nam iteratio facit necessario in hmōi horam illaz febrem: ꝛ si dimitteretur ꝛ rectificaretur; non faceret. Est ergo cā in periodis eiꝰ ꝛ in ipsius iterationibus reiteratio regiminis: ꝛ periodi eiꝰ nō sunt periodi materie q̄ effundatur ꝛ eius reditiones. ¶Inquit Opz ergo vt obseruetur in experiētia eiꝰ hui⁹ egritudinis hec intētio ita vt non accidat error: cuius gal. sit quasi negans aduētū barū febriū ꝛ quasi q̄ sit necessariū vt sit hmōi febris alia radix. ¶Verum Hyppo. iam verificauit sermonē in intētionē septene ꝛ nouene: ꝛ nō est illud manifestū mirabile; neq; manifeste impossibilitatis ita vt sit necessarium redire in eo ad administrandum. ¶Et sermones quidem quos locutus est Hyppo. in caplo harum febrium sunt q̄ septena est pira ꝛ non est mortifera: ꝛ nouena est lōgior ea ꝛ nō est mortifera. Et dixit q̄ quintana est deterior febrū qñ sit aptissima ꝛ post ipsam. Et dixit galenus in ea sicut scitis. ¶Et ego quidem opinor huic sermoni modū quēdam. Et est vt sit ptisis significās ethicā ꝛ sit sermo eiꝰ q̄ntana subiectū ypostatiōis indefinite nō significātis cōitatē: ergo est q̄si dicat q̄ de q̄ntana est vna species deterior febriū ergo est significatio huiꝰ sermonis eiꝰ q̄ cū febres plongant ꝛ pmiscent ꝛ diuersificātur: pueniūt plurimū ad inflammādum membra p̄ncipalia ꝛ ad ethicā; ꝛ de pprietate harum febrium est vt stent in fine suo secundum ordinem vnum: ꝛ plurimum illiꝰ sup quartanam: tam testificati sum⁹ eā q̄ntanā. verū ipsa p̄ducit ad quartanam: qñ in humoribus est exuberatio: ꝛ in humiditatibus multitudo. Cuiꝰ liquefactio iam multiplicat ꝛ euacuationes sensater insensate frequētes fiūt: nō remanet in hūoribꝰ cinereitas: nisi illō qō minꝰ est grossius ꝛ illud facit esse necessariū: vt sit paroxismus tardior ꝛ fiat illa q̄ fuit quartana quintana: ꝛ in hmōi quidē dispositione fortasse erit corpꝰ p̄paratū vt inflamet ꝛ fiat ethica. Et iterū ethica qñ antecedit non est longinquū quin faciat accidere in humoribꝰ cinereitatē quādaz p̄pter p̄auitatem suā in postremis ethice ꝛ accidit illi cinereitati putredo quare accidit febris et iam destruxit febris ethica corpus. Est ergo mala ex hoc q̄ ipsa est signū adustionis humoris de quo non remansit nisi parum ꝛ fit adustus parū ꝛ ex hoc q̄ ipsa est causa additiōis febris ꝛ duplicationis eius. ¶Et nō opz vt negem egritudines q̄s nō cōtingit videre in tpe quodā; ꝛ quadā regiōe: nā hoc genus nō cōprehenditur per multitudinem. ¶Neq; iterum oportet vt dicat q̄ si est q̄ntana tūc necesse est vt sit materia quinta. Nā melācolia generat quintanā; non ppter hoc ipsum q̄ ipsa est melācolia: immo propterea q̄ ipsa est pauca grossa: ꝛ iam non prolongatur quin sit in quibusdam corporibus melancolia grossa pauca cui accidit putredo. ¶Et non cōuenit alicui vt dicat possibile est in flegmate vt fiātei paroxismi alij quādo ingrossatur ꝛ minoratur; quo

niam cōcessio est res amplatraro sit possibile vt necessario cōsequaꝰ cōtradictio. ¶Amplius nō est dispositio in cōcessiōe eiꝰ qō nūq; videt ꝛ nō audit: neq; de quo testificat experimētator aut sapiēs: sicut cōcessio eius quod testificatur qualis Hyppo. Et iam retulit mihi fidelis quidam se vidisse nouenam. Quintanam vero non multotiens vidimus nō cogimur ppter hoc dicere q̄ illic sit humor aliꝰ.

¶De cura specierum huius febris. Ca. 72.

Appropinquat huius febris cura cure quartane flegmatice. ¶Et indigetur in curatione eius superfluo iciunio ꝛ subtilia-tione cibi ꝛ regiminis: ꝛ sommo digerēt ꝛ resoluatur per illud materia grossa ꝛ digeratur: ꝛ iterum indiget ingrossatione regiminis vt non destruatur in eo virtus: ꝛ sunt ista duo sicut duo contraria: ꝛ propterea q̄ febres iste non faciunt accidere lesionem virtutis: non curamus si subtiliemus regimen ꝛ faciamus egrum yti iciunio vno tempore ꝛ succurrimus illi sicut ostendimus ita vt cibemus cum eo cuius bonum est nutrimentum ꝛ velox sit ꝛ multiplicatur; ꝛ in quo non est ingrossatio materici: neq; additio in ea. ¶Et de curationibus magis conferentibus ad illud est vomitus cum elleboro ꝛ semine raphani ꝛ raphano ꝛ elleboro ꝛ semine attriplicis ꝛ nucevomica ꝛ euacuatio cum bierist post illud administratio ꝛ quacet eis similiū. ¶Et cōfert tunc sudatio cū medicinis ꝛ cuz balneo calido absq; administratione aquet absq; administratione humectantium.

¶Tractatus tertius.

¶De ethica. Capi.j.

Am sciuisti q̄ in membris sunt humiditates diuersaruz specierum de quibus sunt humiditates p̄parate ad nutrimentum ꝛ humecta dum iuncturas. ¶Et illis est ergo illud quod est ꝛ apositum invenis. ¶Et de illis est illud quod est ꝛ parsum in membris sicut ros: ꝛ iste sunt due diuisiones ꝛ prima earum est materia febris putredinis aut febris ebullitionis: sicut sciuisti cum nutrimētū totū nō expādatur qñ est immo remanet de eo illō qō est in semita expādēdi: ꝛ remanet qō est in semita recōdēdi. ¶Et de illis sunt humiditates proximi tēporis coagulationi: ꝛ sunt humiditates q̄ fiūt actu nutrimētum. ſ. attracte ad locū qō est pmutatio eius quod est de eo resolutū: et fiūt additio in eo similis illi; verūtamē tēpus cursus earum propinquū est: ergo sunt nō coagulate. ¶Et de eis sunt humiditates cū quibus continuātur partes membroz similiū partiū in p̄ncipio creatiōis ꝛ p ipsam destructionem pueniūt ad separationē. ¶Et similitudo humiditatum primarum est oleum lucerne effusum in lucerna. ¶Et similitudo secundarum est oleum imbibitum in corpore lychinij. ¶Et similitudo tertie humiditatis est humiditas qua continuantur partes coti de quo factus est lychinius. ¶Et cum inflammantur mem-

bra radicaliaꝝ ꝓprie eoꝝ est illud ipa egritudo q̄ est ethica ſm q̄ ſcꝛ uiſti. ¶ Et caliditas q̄dē epatis q̄nq; ꝓducit ad ethicā: verū nō est ipa ethica: immo ethica est illa q̄ est causa cordis. ꝛ ſiccr est diſpoſitio pulmonis: ꝛ ſtomachi. ¶ Uerū dū ipa ꝑmanet finiēdo humiditates q̄ ſunt in digeſtione ꝑma in membriſ ꝓprie cordis ſicut ſunt cādela oleū infuſum in lucerna: tūc est gradꝰ ꝑmus appꝛopriat⁹ nole generis q̄ est ethicaꝝ grece ethicos cum nō habeat in ſpeciebꝰ ſuis nomen. ¶ Et cum finit humiditates q̄ ſunt diuiſibilis ꝑme ꝛ incipit reſoluere humiditates q̄ ſunt diuiſionis ſcōꝝ finire eas ſicut finit flā ma oleū euacuatū in lucerna ꝛincipit finire imbibitū i coꝛp⁹ lꝛcdimꝰ erit gradꝰ ſcōꝝ notatur duburēꝛ fortiſmos: ꝛbz latitudinēꝛ ꝓncipiū ꝛmediū ꝛ ſtatū. ¶ Amplꝰ nō rectificat ille q̄ cōſequit ſtatū aduburē ꝛparū recipit curationē niſi deꝰ velitꝛ ꝓprie q̄nquenit ad hoc vica ro minuaſ. ¶ Cū ergo finiūtur iſte ꝛ incipit finire humiditates que ſunt diuiſionis tertie ſicut incipit flāma adurere coꝛpꝰ lꝛcdimꝰ ꝛ humiditates eiꝰ radicales est egritudo gradus tertiꝰ ꝛ notatur curua tiuus ꝛ almukaſif grece. ¶ Et hec quidē egritudo est ex febribꝰ q̄ nō habēt paroxiſmos neq; horas paroxiſmoꝝ. ¶ Et q̄dā dixerūt. Febres ethice aut pendēt cū humiditatibus ꝓpinq; tpis cū coagulatione. Aut cū eisq̄ ſunt ſicut caro. Aut cū membris radicalibꝰ duriſ ſicut ſunt oſſa ꝛ nerui. ¶ Et ſi ex ſermone iſto intelligit q̄ pēdēt ſm ſemitā q̄ finiūt q̄ in eis est de būiditate radicali cōtinuata eis erit hec tintētio ꝑma equalis ꝛ ſi ſignificat q̄ ꝑmum q̄ finit ethica est humiditatis ꝓpinqui tpis cū coagulatione nō erit ſermo ſanus. ¶ Et ethica q̄dē quandoq; accidit poſt febrem ephimeram. Et quandoq; accidit poſt febres putridas ꝛ apoſtematum: ꝛ longinquum eſtyt accidat ethica incipiendo: quare ſunt membra radicalia iam inflamata ꝛ non inflammatur humoꝝ neq; ſpiritus aſi illud: immo o poꝛtet ꝛ calefiant illa in primis: deinde ſm proceſſionem dictum calefiant iſta niſi accidat cauſa fortis valde ꝛ cauſa quidem vna quandoq; est cauſa febris ethice: ꝛ quādoq; est cauſa febris ephimere ſm vehemētiā mutatiōis ſuę debilitatē ſuſpēſiōis ſue ſicut ignis: nam ipſe obuiat lignis ſm duos modos: quoꝝ vnus est ſm modū q̄ calefacit eaꝝ finiat in eis: ꝛ ſecūdus est ſm ſemitā inflammatiōis. ¶ Et febris quidē putredinis ꝛ apoſtematis permutaſ multotiēs ad ethicam ꝓpter vehementiam febris ꝛ vehementiā ſubtiliatiōis cibi in ea prohibitione aque frigide ꝛ paucitatem obſeruationis lateris cordis cum vnctionibus ꝛ emplaſtris et epithimatibus et ꝓprie in egritudinibus membꝛoꝝ vicinoꝝ cordi ſicut dyafragmatis. Et multotiens facit cadere in eam neceſſitas medico ꝓpter causam virtutis et frequentiam ſincopis ad dandum in potu vinum et aquam carnis et medicinā de muſco et his ſimilia. ¶ Et quandoq; componitur ethica cum febribus putredinis et apoſtematiꝝ. ¶ Et ethica quidem in principio rei est difficilis cognitionis et facilis curationis. Et in fine ſui est facilis cognitionis et difficilis curationis. ¶ Et finis alduburē nō recipit curationem penitus.

¶ De ſignis. Capitulum. 2.

PUlſus quidem est minutus durus frequens debilis ſiccus ſm habitudinē vnā. ¶ In tactu vero eoꝝ est illud q̄ ſentitur de caliditate minus caliditate ſinochi et ei ſimiliū inflāmataꝝ in materia. Et in principio dū tangitur: est magis ſua uis. Et cum remanet ſuper eum manus hora vna apparet cum fortitudine ꝛ moderatione. Et dū ceſſat augmentari: et eſt calidius q̄ est in eo locꝰ veꝛnarū ꝛ arteriarum: et est coꝝ caliditas ſimilis non eſſi minuitur Uerū ipſa quādo ſuperuenit ei cibus augmentatur velociter: et fit fortis pulſus valde ꝛ incipit magnificari: et ꝓpter illō accidit ſtultis medicoꝝ q̄ ꝓhibent eis cibum ꝓpter illō quod accidit eis de eo ex accidentibus quare perdunt eos. Sicut augmentatur flāma ꝓpter iniectionem olei et ſartago cuꝝ effunditur aqua ſuper eam: et iſte quidem ſignificationes eius ſunt fortes. et cibus in reliquis quidem febribus ꝑculdubio non incendit hac incenſiōe: ſicut inuenitur hic: quamuis neceſſario faciat diuerſitatē per motꝰ nature. Et hec inflammatio non eſt ſicut incenſio reliquarū febrium poſt coartationem: neq; ſm periodos notas: immo cum comedunt ꝛ in quacunq; hora ſit. Et eſt habens egritudinem non vehementē diſcernens illud quod eſt in eodem de caliditate: quoniam facta eſt complerio membro conueniens. Et iam ſciuiſti in libro primo qualitatem diſpoſitionis in huiuſmodi. Uerum ipſa apparet apud ſuſceptionem alicuius ciboꝝ ꝓpter vehementiam ſuam. ¶ Et de ſignificatiōibꝰ ꝑmutatiōis febris ephimere ad febrē ethicā eſt vehementia fortitudinis caliditatis in. iij. valde. Mā ſm plīm incipit febris poſt. x. horas declinare. Cū ergo ꝓtraſit febris duodeciz horas ꝛ nō appent ſigna declinatiōis: immo ꝛtinuaſ vſq; ad tertiū oi die et fit fortis: tūc illa ē ethica. ¶ Et de ſignificatiōibꝰ cōpoſitiōis ethice cū febribꝰ putredinis eſt remiſſio caliditatis ſicce poſt finē decinationis: ꝛ poſt ſudoꝛē exuberātē: ꝛ additio in arefactiōe ꝛ extenuatione ſm illud q̄ facit neceſſarium illa egritudo et vnctuoſitatem in vrina et egeſtione. ¶ Et ſi fuerit ethica illud q̄ apparet ꝛ occultū aliud ſignificat ipm coartatio accedens in paroxiſmis: hmōi enim est nō inuētū in ethica oīno. ¶ Et ſcias q̄ q̄nq; incipit ethica retenta cum ſtomacho quare coꝛrūpit cōplexionē epatis ꝓ vicinitatem.

¶ De ſignis alduburen. Capitulum. 3.

IGna vero alduburen ſunt q̄ quando febris expellitur alduburen vehemēs fit durities pulſus et eius debilitas et paruitas ipſius et eiꝰ frequētia ꝛ ꝓprie q̄n cā caſus in ethicā est apoſtemata q̄ nō reſoluiſ nā illō. ſ. freq̄ntia addit valde. ꝛ ſſr velocitas ꝛ fit pulſus eiꝰ de gne eiꝰ q̄ notaſ cauda muris. Q̄ō ſi fuerit ex potu calidi

vini erit loco caude muris acualis. Et nō erūt accidētia aldubesta ti vehementia valde: non enim dat ei spacium vsq; ad huiusmodi. ¶ Et appent in vrina vnctuositas et petalar incipit oculꝰ pfunda ri. ¶ Cū ergo alduburē puenit ad statū fit fortior pfundatio ābor oculor. Et mltiplicat lippitudo sicca. Et crescūt extremitates ossiū ois mēbri et in facie. Et planātur tpa. Et tēdit cutis frōtis. Et de struit color cutis. Et fit quasi sit sup eā puluis q̄dā ex adustiōe solis Et pducit ad grauedinē eleuādi supcilia. Et fit oculꝰ somnolētus r clausus absq; somno. Et subtiliat nasus. Et elōgant pili. Et appa rēt pediculi. Et videt vēter iā minorari r adherere cuz dorso quasi sit cutis sicca que iā attracta est. Et attrahit cū ea cutis pectoris. Cū ergo curuant vngues r arcuant: tūc iā venit ad statū r incipit tēdere ad occasum. Et cū incipit tēdere ad occasum liq̄fiūt cartila gines.

¶ De cura ethice. Capitulum. 4.

Attentio in curatione febris ethice est infrigidatio r bume tectatio. Et vnaquecq; earr cōplex cū approximatiōe suarr causa rū et expulsiōe causarr sui ztrarij. ¶ Et fortasse est cā vniꝰ earr causa ztrarij alteriꝰ sicut cā infrigidationis. ipa essi q̄nq; est cā ericca tionis que est cōtraria humectatiōi sicut infrigidatio cū trociscis cāphoratis r illis que sunt ex spodio r bis similib⁹. ¶ Et fortasse hu mectatio iterū est cā calefactiōis que ztria est infrigidationi sicut vinū ipsum humectat sed calefacit: ḡre opz vt obseruet illō. ¶ Et si necessitas vocat ad fortē infrigidationē: nō erit nisi cū re cui ziūgit aut quā p̄cedit: aut cui succedit res in qua est virtus humectatōis ¶ Et silr cū vocat necessitas ad fortē humectatiōem velocē in ea si cut aqua carnis r vinū: tūc opz vt adiungat ei: aut antecedat eam aut sequatur eā illud in quo est infrigidatio. ¶ Et si fuerit cā etbi ce apostema aut lesio in mēbro: tūc necessariū est curare ipsum i pri mis. ¶ Et qui diligit cōponere regimē eiꝰ ex diuersis modis zueniē tibus ei in quo febris fit vehemēs valde: tūc necessariū est vt incī piat r det in potu trociscos cā fortatos et q̄ currūt cursu eorū cū siru po acetoso diluculo in ortu solis: sicut aqua ordei in cancris si non abhorret eos: et cum tuleb et aqua granatorum. Et admixtionem mucilaginis psilij: si non fuerit prohibens aliquid propter stoma chū r alia. ¶ Et regimē infrigidās est p illud q̄ scisti de potibus infrigidantibꝰ r de oleribꝰ infrigidantibꝰ r trociscis sicut trociscī de cāphora et emplastris r vnctionibꝰ r bis similibus et infrigida tione aeris eorū ita q̄ in byeme. Si aūt nō toleret: allenietur ab eo ignis. Infrigidatio nāq; aeris eor est melior res. Et sicut vestire cū cū sandalatis et cāphoratis: r facere ipm odorare illud in quo sunt roser cāphora r sandali: r fructꝰ frigidi r sebesteā r liliū cū aq̄ ro sacea: et vaporatio cum sudore et balneo. ¶ Et oportet vt nō plon getur retentio emplastrorū infrigidantiuz valde sup mēbra propin qua valde membris anbelitus: fortasse enim infert illud anbelitui

etvoci nocumentū magnū. ¶ Et opz vt declinet ad quietē r somnū et trāquillitatē r gaudiū: r custodiat eger ab eo qō facit ipm irasci r qō facit ipm tristari r qō facit ipm angustiari r a fame et siti lōga. ¶ Emplastra infrigidātia ḡbꝰ oz eos vti sunt aromatica. Raz ipsa sunt propinquiora iuuamētir ppie super pectꝰ: r q̄ sequūtur ipm: r sint infrigidata: r nō sit in eis stipticitas. Stipticitas essi cū hoc q̄ ipsa facit accidere ericcationē p̄hibet virtutē medicine pro fundari. ¶ Et opz vt assiduē pmutatio vt nō remaneat medicamē et caleſiat cū obseruatiōe vehemētie infrigidationis eiꝰ. Nā cum ipm infrigidat vehemēter non elongat quin debilitet mēbrū. ¶ Et q̄n est ppe mēbra anbelitꝰ nō est longinquū quin ipediat dyaphra gma r alia ab emissione anbelitꝰ cū facilitate. ¶ Et de regimie būe cāte sunt cibi leues r fructꝰ et robur: et vnctiōes: et emplastra: et odoramēta: et caput purgia: et quies: r trāquillitas: r vt nō inferat ei violētia in fame aut siti.

¶ De rememoratiōe medicinarr infrigidantiū eos. Ca. 5.

Ille vero que de eis sunt infrigidātes aut humectātes offies sunt nutritiue: aut vincit in eis nutribilitas sicut aqua ordei decocta cū cācris ex parte cancri. Et opz vt euellanf extremitates cancrorr ex pedibꝰ suis r corpibꝰ suis: r abluanf cū aqua frigida et sale bono cum cinere vicibꝰ tribus r supra donec mundificenf r pur genf a grauitate sui odoris: deīde decoquātur in aqua ordei: r si cut aqua lactis vaccini de quo extractū est butyrū: r sicut succi olerr elixatorr predictorr in capitulis febriū acutarr sicut mucilago psilij ¶ In aceto aūt est vehemēs ericcatio et virtus resolutionis quare opz vt bibatur cū eo quod resistit duabus proprietatibꝰ. s. per com mixtionē aque multe aut cū quibusdā humectātibꝰ r lenificantibꝰ ¶ Et proximū quidē est vt lac asine sit cū humectatiōe sua infrigi dās ita vt quidā faciant melior infrigidationē eius super infrigi dationē lactis vaccini de quo extractū est butyrū. Verū ipsum con tenit ei q̄ non habet febrez periodicā: necq; materiā: necq; hūor p̄pe paratū ad putredinē: r opz vt caueatur spissum lac: et de illis q̄ con ferūt eis est zuccarr: et cū senseris putredinē accidentē ex lacte: tunc solue cū facilitate: r si timueris calefactionē: tunc abstine ab eo ali quot diebus: et cura in ea cū trociscis r aquis fructuū: deinde itera lac. ¶ Medicine vero infrigidātes que nō habent humectationez sunt sicut trociscī noti narrati. s. trociscī cāphorati de dactilis r suc cis frigidis. ¶ Et sicut trociscī. ℞. spodij boliarmeni. añ. z. iiij. ro sarū. z. vj. seminis portulace et citruli r cucurbite r li r arabe oim añ. z. iij. fiant ex eis trociscī r sit dosis pōd⁹. z. ij. r sunt bonivalde. ¶ Et iterūz alij pronmi eis. ℞. arnoglosse amilli r gūmi et dra gaganti omniū. añ. z. iij. boliarmeni spodij amborr. añ. z. iiij. papaueris. z. v. rosarr r seminis cucurbite r citruli r portulace oim. añ. z. vj. granorr cydoniorr excorticatorr r semis melonis r cucumeris oim. añ. z. vij.

Tucci tq̃irtie pondus .z.r. ꝙficiant cū mucillagine pſlij. ¶ Unc̃ nes vero et epithimata: et emplastra infrigidantia: et odoramẽta caput purgia infrigidantia sunt illa q̃ tu scimus. ¶ Et meliores ynctiones sunt cū oleo de cucurbita: et de papauere: et nenufare: et salicib⁹: et violis. ¶ Strat⁹ aũt infrigidantes et hũectãtes sunt ⁊ sunt plani valde de cortis aspersis aqua ros. aut de genere ei⁹ in tabastren. ⁊ fit impletio ei⁹ illud q̃ non calefacit imo fl[illegible] relini pectinati et renouati assidue. ¶ Aut fit strat⁹ de cort[illegible] sunt ipleta aqua postquã sint sup ea rectificatiões que appli[illegible] aquã bene et pbeãt ei⁹ inequalitatẽ: ei fit strat⁹ ppe aquas ⁊ cursus earũ: ⁊ sub eis folia arboũ frigidaꝝ ⁊ humidaꝝ scz de salicib⁹ ⁊ semperuiue: et olera humida et odorifera frigida sicut roser folia arborum frigidaꝝ et preputia vitis ⁊ bis similia.

¶ De rememoratione medicinarum humectantium eos. Cap. 6.

Illaꝝ quidẽ q̃ sunt cū infrigidatione rememoratio iam preterijt. ¶ Et restat nũc ꝙsiderare in qualitate dandi in potu genera lactis: et lac de quo extractũ est butyrũ: ⁊ in qualitate administrationis tine ⁊ balnei: et administratiõe ynguẽtoꝝ et oleoꝝ ⁊ epithimatũ ⁊ reliq̃ regimmis. ¶ Et nos quidẽ iam docuim⁹ modũ dãdi in potu genera lactis in ca. pthisis ⁊ siccitatis stomachi: quare opꝝ vt sit illõ canõ. ¶ Et nõ est lac post lac mulieris sicut lac asine postea lac capraꝝ cui⁹ pascua opꝝ esse ex herbis ⁊ olerib⁹ frigidis hũidis sicut scis. Mã ipm ⁊ ppie lac asine eradicat ethicã si fuerit ei eradicator: et nõ est electio super ipꝝ nisi phibeat putredo accẽs aut expectatio materiei ꝓpebẽse. ⁊ lac quidẽ iuuatiuũ ẽ eis a pricipio ethice vsq̃ ad finẽ ei⁹: et lac mulieris fugendo sumptũ ꝙuenẽti⁹ est oib⁹: ⁊ canon in dãdo in potu lac de quo extractũ est butyꝝ ẽ ꝓximus illi itez: ⁊ melius quidẽ est vt incipias a .z.r. vsq̃ ad .xxx. ⁊ qñ est supra eas si fuerit virt⁹ adiuuãs ⁊ tibi inestyt ꝓmisceas cũ eo all q̃d de trocisc̃is infrigidãtib⁹: ⁊ tibi inest vt addas supra summã ꝓdictã in potione prima et postrema si fuerit potẽs virt⁹ super dige stiõe. ¶ Tina aũt illa est melior q̃ est tepida in qua nõ est caliditas multa: et est cũ hoc cũ virtutib⁹ olez ⁊ herbaꝝ infrigidãtiũ ⁊ humectãtiũ: ⁊ nõ fit itavt rozificet: nedũ q̃ sudare faciat: et nõ izvt vapor tine sit calidus: ⁊ si non esset qõ phiberet administrationẽ tine frigide: nõ eligeret sup eã. Nez qõ phibeat ab hoc ẽ debilitas corpoꝝ eoꝝ: et eoꝝ extenuatio. In primis ẽ reb⁹ fortasse sanat eos ssẽ. Uerũ debilitatẽ corpis sanat iã illõ cũ infrigidatiõe pauca quã facit in ꝙpone ei⁹ q̃ possibile est vt curet. ¶ Qõ si fuerit debilius illo timetur q̃ cadãt in ethicã senilẽ ⁊ illud ꝑm min⁹. Uerũtamẽ cũ illo tardaf magis tps mortis: ⁊ fortasse viuit cũ ea tẽperie cui est q̃titas: ⁊ multotiẽs q̃dẽ est rectior pmutatio ei⁹ ad illã ethicã. ¶ Illud aũt in quo sum⁹ de relatiõe tine recti⁹ est vt fiat inceptio in ea cum

